...em aut
rogatus ... ex parte
aut totam eum partem
restituere rogatus.
...si eadem observari
...e in eius hereditatis
...diximus. Si quis in
...ducta sive accepta
...continetur, veluti fidei
...ius sit restituere
...ali modo extra sellia
...sulto restitutio fiat.
...ita pro retenta.
... reliquam hereditatem.
...pro illius intuitu quam aliorum
...ducta sive pars liquare

hereditatem restituere. legi nunc de.
Que autem diximus ex eo qui ex asse
institutus heres est eadem transfere
mus ad eum qui ex parte heres scriptus
est. Preterea intestatus quoque mori
turus potest rogare eum ad quem
bona sua vel legitimo iure vel hono
rario pertinere intelligit. ut heredita
tem suam totam vel partem vel eius
aut rem aliquam veluti fundum.
hominem pecuniam. alii restitu
at. cum alioquin legata nisi ex tes
tamento non valeant. Eum quoque
cui aliquid restituitur. potest rogari
ut is rursus alii totum aut partem
vel etiam aliquid restituat. Et quia prima

3

100 duros

500 Ptas   Cartos   8 tratados incunables

# CONTEMPTUS Mundi.

&

alias imitatio Christi
'a Ioanne Gersone etc.

R.478547

¶Tabule capitulorꝫ in libro ſequentes.

Capitula libri primi.

De imitatione xp̄i ꝛ de contemptu omniū vanitatum mundi. cap. i.
De humili ſentire ſui ipſius. cap. ii.
De doctrīa ꝟitatꝭ. c. iii
De prudentia in agendis. cap. iiii.
De lectione ſanctarꝫ ſcripturarum. cap. v.
De inordinatis affectionibus. cap. vi.
De vana ſpē ꝛ elatione fugienda. cap. vii
De cauenda nimia familiaritate. cap. viii.
De obedientia ꝛ ſubiectione. cap. ix.
De cauēda ꝛ ſuperfluitate verboꝝ. cap. x.
De pace acquirenda et zelo proficiendi. cap. xi
De vtilitate aduerſitatis. cap. xii.
De temptationibus reſiſtendis. cap. xiii.
De temerario iudicio vitando. cap. xiiii.
De operibus ex charitate factis. cap. xv.
De ſufferētia defectuū aliorum. cap. xvi.
de mōaſtica vita c. xvii
De exempli ſanctorꝫ patrum. cap. xviii.
De exercitiis boni religioſi. cap. xix.
De amore ſolitudinis ꝛ ſilentii. cap. xx.
De conpunctione cordis. cap. xxi.
De conſideratione humane miſerie. cap. xxii.
De meditatione mortis. cap. xxiii.

De iudicio ⁊ penis peccatorum. cap.xxiiii.
De feruenti emendatione totius vite noſtre. cap. xxv.

Capitula ſecũdi libri.

De interna cõuerſatione. cap.i.
De humili ſubmiſſione ſub prelati regimine. cap.ii.
De bono pacifico homine. cap.iii.
De pura mente ⁊ ſimplici intentione.ca.iiii
De propria conſideratione. cap.v.
De lecticia bone conſcientie. cap.vi.
De amore ihesu ſuper omnia. cap.vii.
De familiari amicitia ieſu. cap.viii.
De carentia omnis ſolatii. cap.ix
De gratitudine pro gratia dei. cap.x.
De paucitate amatorũ crucis ieſu. cap.xi.
De regia via ſãcte crucis. cap.xii.

Capitula libri tertii.

De interna xpi locutione ad animam fidelẽ. Capitulo .i.
Quod veritas ītus loquit̃ ſine ſtrepitu verborum. cap.ii.
Quod verba dei cum humilitate ſunt audiẽda: ⁊ ꝙ multi ea non ponderant. cap.iii.
Oĩo ad iplorãdũ deuotionis gratiã. cap.iiii.

Quod in veritate ꝛ hu militate corã deo ꝯuer ſandum eſt. cap.v.
De mirabili effectu di uini amoris.cap. vj.
De probatõe veri amo ris. cap.vij.
De occultanda gratia ſub humilitatis custo/ diam. cap. viij.
De vili eſtimatiõe ſui/ pſius ĩ oculis dei.c. ix.
Quod omĩa ad deũ ſi/ cut ad finem vltimum ſunt referenda .cap.x.
Quod ſpreto mũdo dul ce ẽ ſeruire deo.cap.xj.
Quod deſideria cordiſ examinanda ſunt ꝛ mo deranda. cap.xij.
De informatione patiẽ tie ꝛ luctamĩe aduerſuſ cõcupiſcẽtias.cap.xiij.
De obediẽtia humilis ſubditi ad exemplũ ie ſu chriſti. cap.xiiij.
De occultis dĩ iudicijs conſiderãdis ne extol/ lamur in bonis.cap.xv
Qualiter ſtandũ ſit ac dicendũ in omni re de ſiderabili. cap.xvj
Oratio pro bñplacito dei pficiendo. cap.xvij
Quod verũ ſolatiũ in ſolo deo eſt querendũ cap. xviij.
Quod oĩs ſolicitudo ĩ deo ponenda ẽ.cap.xix
Quod tẽporales miſe rie xp̃i exẽplo equanĩ miter ſunt ferẽde.c.xx
De tolerantia iniuria rum ꝛ quis verus pati ens probetur. cap. xxj
De cõfeſſione proprie infirmitatis ꝛ hui⁹ vi te miſerijs. cap.xxij.

Tabula.

Quod in deo ſup om/
nia bōa ꝛ dona requie
ſcendū eſt. cap.xxiij.
De recordatiōe benefi
ciorū dei iuſtiplicium.
cap. xxiiij.
De quatuor magnam
ĩportātib⁹ pacē.ca.xxv
Oratio cōtra cogitati
ones malas.cap.xxvj.
Oratio pro illuminati
one mentis deuotiſſi/
ma. cap.xxvij.
De euitatione curioſe
ĩquiſitionis ſuper alte
rius vita. cap.xxviij
In qb⁹ firma pax cor
dis ꝛ verus pfectus cō
ſiſtit. cap.xxix
De eminētia libere mē
tis ꝛ ꝙ ſuplex oīo ma
gis meretur ꝙ̄ lectio.
cap. xxx.
Quod priuat⁹ amor a
ſummo bono maxie re
tardat. cap.xxxj
Oratio pro purgatiōe
cordis ꝛ celeſti ſapien
tia. cap.xxxij.
Contra linguas obtre
ctatorum. cap.xxxiij
Qualiter ĩſtāte tribu
latione deus inuocan
dus eſt ꝛ benedicēdus
cap. xxxiiij
De diuino petendo au
xilio ꝛ cōfidentia recu
perāde gratie. ca.xxxv
De neglectu oīs crea/
ture vt creator poſſit
inueniri. cap.xxxvi
De abnegatione ſui ꝛ
abdicatione omnis cu
piditatis. cap.xxxvij.
De ĩſtabilitate cordis
ꝛ de intētiōe finali ad
deū habēdā.ca.xxxviij
Quod amanti ſapit de

us ſup oĩa ⁊ in omni/
bus. cap.xxxix.
Qđ nõ ẽ ſecuritas a tẽ
tatõe in hac vita. ca.xl
Contra vana hominũ
iudicia. cap.xli.
De pura ⁊ integra reſi
gnatione ſui ad opti/
nendam cordis liber/
tatem. cap.xlii.
De bono regimine in
externis et recurſu ad
deũ in ꝑiculis.ca.xliii.
Qđ hõ nõ ſit iportun⁹
in negociis.cap. xliiii.
Quod homo nihil bo/
ni ex ſe habet ⁊ de nul/
lo gloriari põt.ca.xlv.
De cõtẽptu omnis tẽ/
poralis honoris.c.xlvi
Qđ pax nõ eſt ponẽda
in hõibus.cap.xlvii.
Contra vanam ⁊ ſecu/
larẽ ſciẽtiã.ca.xlviii.
De nõ attrahendo ſibi
res exteriores.cap.xlix
Quod omĩbus nõ eſt
credendum ⁊ de facili
lapſu verborum.cap.l.
De cõfidentia in deo
habenda quãdo inſur
gũt verboꝝ iacula.c.li
Quod omnia grauia
pro eterna vita ſunt to
leranda. cap.lii.
De die eternitatis et
huius vite anguſtiis.
cap. liii
De deſiderio eterne vi
te ⁊ quãta ſint certãti
b⁹ bona ꝑmiſſa.ca.liiii
Qualiter homo deſola
tus debeat in manus
dei ſe offerre. cap.lv.
Quod humilibus inſi
ſtẽdum ẽ opibus cũ de
ficitur a ſũmis.cap.lvi
Quod homo non repu

ret ſe conſolatione di/
gnum ſed magis verbe
ribus reum. cap.lvii.
De gratia que non mi
ſcetur terrena ſapienti
bus. cap.lviii.
De diuerſis motibus
nature ꝛ gratie.ca.lix.
De corruptione natu/
re ꝛ efficatia gratie di
uine. cap.lx.
Quod noſipſos abne/
gare ꝛ xp̄m imitari de
bemus ꝑ crucē.cap.lxi
Qđ hō nō ſit nimis de
iectus qn̄ in aliquos
labit̄ defectus.cap.lxii
De altioribus rebus ꝛ
occultis iudiciis dei n̄
ſcrutandis.cap.lxiii.
Qđ oīs ſpes ꝛ fiducia
in ſolo deo eſt fugiēda
cap.lxiiii.
Capitula libri quarti.
Cū quanta reuerentia
xp̄s ſit ſuſcipiēdus.c.i.
Quod magna bonitaſ
ꝛ charitas dei in ſacra
mēto exhibet̄ hoi.ca.ii
Quod vtile ſit ſepe cō/
municare. cap.iii.
Quod multa bona pre
ſtātur deuote commu/
nicantibus. cap.iiii.
De dignitate ſacramē
ti ꝛ ſtatu ſacerdotali.v
Interrogatio de exerci
tio ante cōionē. cap.vi
De diſcuſſione proprie
cōſcientie ꝛ emendatio
nis propoſito.cap.vii.
De oblatione criſti in
cruce ꝛ ꝓpria reſigna/
tione. cap.viii.
Quod nos ꝛ omīa no
ſtra deo debemus of/
ferre ꝛ pro omnibus
orare. cap.ix.

Quod ſacra cõmunio de facili nõ ẽ relinquẽda. cap. x
Quod corpus chriſti ⁊ ſacra ſcriptura maxie ſint anime fideli neceſſaria. cap. xi
Quod magna diligentia ſe debeat cõicaturus xp̃o preparare. cap. xij.
Quod toto corde anĩa deuota xp̃i vnionẽ in ſacramento affectare debet. cap. xiij.
De quorũdam deuotorum ardenti deſiderio ad corpus xp̃i cap. xiiij
Quod gratia deuotionis humilitate ⁊ ſuipſius ab negatione acquiritur. cap. xv.
Quod neceſſitates noſtras xp̃o apire ⁊ eius gratiã poſtulare debemus. cap. xvj
De ardẽti amore ⁊ vehemẽti affectu ſuſcipiendi chriſtuʒ cap. xvij.
Quod homo nõ ſit curioſus ſcrutator ſacramenti ſed humilis imitator xp̃i ſubdẽdo ſenſum ſuum ſacre fidei. cap. xviii.

Tractatus de meditatione cordis.

Capitulum. primum
Capitulum. ſecundum
Capitulum. tertium
Capitulum quartum
Capitulum. quintum
Capitulum ſextum
Capitulum. ſeptimum
Capitulum. octauum

Capitulum· nonum
Capitulum· decimum
Capitulum vndecimū
Capituluz duodecimū
Capitulū tertiūdcimū
Capl'uz quartūdecimū
Capitulū qntūdecimū
Capitulū ſextūdecimū
Capl'm decimūſeptimū
Capl'm decimūoctauū

## Liber primus·

¶ Incipit liber primus Johānis gerſon cancelarij pariſiē· De imitatione chriſti: ꝛ de cōtemptu omniū vanitatum mundi· Capitulo·i·

Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite dicit dn̄s· Hec ſunt verba xp̄i quibus ammonemur: quatenus vitam eius ꝛ mores imitemur: ſi velimus veraciter illuminari: ꝛ ab omni cecitate cordis liberari· Sūmum igiť ſtudiū noſtruz ſit in vita ieſu chriſti meditari· Doctrina chriſti oēs doctrinas ſanctoꝝ precellit: ꝛ qui ſpirituz haberet abſconditum ibi māna inueniret· Sed cōtingit ꝙ multi ex frequenti auditu euāgelij paruū deſideriū ſentiunt: qꝛ ſpiritū criſti

nō habent. Qui aūt vult plene ⁊ ſapide xp̄i ver
ba intelligere oportet vt totā vitam ſuā illi ſtu
deat cōformare. Quid ꝓdeſt tibi alta de trini/
tate diſputare: ſi careas humilitate vnde diſpli
ceas trinitati? Vere alta verba nō faciunt ſan
ctum ⁊ iuſtuꝫ: ſed virtuoſa vita efficit deo cha
rum. Opto magis ſentire cōpunctionē: ꝙ̄ ſcire
eius diffinitionē. Si ſcires totā bibliā exteri⁹
⁊ omniū philoſophoꝝ dicta: quid totū prodeſ
ſet ſine charitate dei ⁊ gratia? Vanitas vanita
tum ⁊ oīa vanitas preter amare deū ⁊ illi ſoli
ſeruire. Iſta eſt ſumma ſapientia per cōtemptū
mundi tendere ad celeſtia regna. Vanitas igi
tur eſt diuitias ꝑituras querere: ⁊ in illis ſpe
rare. Vanitas quoqꝫ eſt honores ambire ⁊ in
altū ſe extollere. Vanitas eſt carnis deſideria
ſequi ⁊ illud deſiderare: vnde poſtmodū graui
ter oportet puniri. Vanitas eſt longā vitā op
tare: ⁊ de bona vita parū curare. Vanitas ē pre
ſentem vitā ſoluꝫ attendere: ⁊ que futura ſunt
non preuidere. Vanitas eſt diligere qđ cū om
ni celeritate trāſit: ⁊ illuc nō feſtinare vbi ſem
piternū gaudiū manet. Memento illius frequē
ter ꝓuerbij: qꝛ non ſaciat̄ oculus viſu: nec au/

ris implet auditu. Stude ergo cor tuū ab amo
re viſibiliū abſtrahere: ⁊ ad inuiſibilia te tranſ
ferre. Nā ſequentes ſuā ſenſualitatē maculant
cōſcientiā ⁊ perdunt dei gratiam.
¶ De humili ſentire ſuiipſius. Cap. ii.
Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat
ſed ſcientia ſine timore dei quid impor-
tat. Melior eſt pfecto humilis ruſticus
qui deo ſeruit ꝙ ſuperbus philoſophus qui ſe
neglecto curſuȝ celi cōſiderat. Qui bene ſeipm̄
cognoſcit: ſibiipſi vileſcit: nec laudibus dele-
ctatur humanis. Si ſcirem oīa que in mundo
ſunt ⁊ nō eſſem in charitate: quid me iuuaret
coram deo: qui me iudicaturus eſt ex facto: qe
ſce a nimio ſciēdi deſiderio: qr magna ibi inue
nit̄ diſtractio ⁊ deceptio ſciētes libenter volūt
videri ⁊ ſapiētes dici. Multa ergo ſunt q̄ ſcire
parū vel nihil aīe proſunt. Et valde inſipiens
eſt qui aliis intendit quā his que ſaluti ſue de
ſeruiunt. Multa verba non faciant aīam: ſed
bona vita refrigerat mentē ⁊ pura conſcientia
magna preſtat ad deū cōfidentiā. Quāto plus
⁊ melius ſcis tanto grauius inde iudicaberis
niſi ſanctius vixeris. Noli ergo extolli de vlla

arte vel ſcientia: ſed potius time de data tibi
noticia. Si tibi videt̃ ꝙ multa ſcis ꝛ ſatis bene
intelligis: ſcito tñ qꝛ ſunt multo plura que ne
ſcis. Noli altũ ſapere: ſed ignorantiã tuaȝ ma
gis fatere. Quid vis te alicui ꝑferre: cũ plures
doctiores te inueniant̃ ꝛ magis in lege periti.
Si vis vtilr̃ aliquid ſcire ꝛ diſcere ama neſciri
ꝛ pro nihilo reputari. Hec eſt altiſſima ꝛ vtiliſ
ſima lectio: ſuipſius vera cognitio ꝛ deſpectio
De ſeipſo nihil tenere: ꝛ de alijs ſemꝑ bene ꝛ
alte ſentire: magna ſapientia ẽ ꝛ ꝑfectio. Si vi
deris aliquẽ aperte peccare vel aliqua grauia
ꝑpetrare: nõ debes te tñ meliorẽ eſtimare: quia
neſcis ꝙdiu poſſis in bono ſtare. Oẽs fragiles
ſumus: ſed tu neminẽ fragiliorẽ teipſo tenebis

¶ De doctrina veritatis. Cap iii.

FElix quem veritas per ſe docet nõ per fi
guras ꝛ voces trãſeũtes: ſed ſicuti ſe hȝ
Noſtra opinio ꝛ nr̃ ſenſus ſepe nos fal
lit: ꝛ modicũ videt. Quid prodeſt magna cauil
latio de occultis ꝛ obſcuris rebus: de quibus
nec arguemur in iudicio qꝛ ignorauim⁹. Grã
dis inſipientia ꝙ neglectis vtilibus ꝛ neceſſa
rijs: vltro intẽdimus curioſis ꝛ dãnoſis. Ocu

los hn̄tes nō videmus. Et quid cure nobis de generibus ⁊ ſpeciebus cui eternū verbū loquitur a multis opinionibus expedit̄. Ex vno verbo oīa ⁊ vnū loquunt̄ oīa: ⁊ hoc eſt principiuꝫ quod ⁊ loquit̄ nobis. Nemo ſine illo intelligit aut recte iudicat. Cui oīa vnum ſunt ⁊ oīa ad vnum trahit ⁊ omnia in vno videt: poteſt ſtabilis coꝛde eſſe ⁊ in deo pacificus ꝑmanere. O veritas deus fac me vnū tecū in charitate ꝑpetua. Tedet me ſepe multa legere ⁊ audire. In te eſt totū quod volo ⁊ deſidero. Taceant oēs doctoꝛes: ſileant vniuerſe creature in cōſpectu tuo: tu mihi loquere ſolus. Quāto aliquis magis vnitus ſibi ⁊ interius ſimplificatus fuerit: tanto plura ⁊ altioꝛa ſine laboꝛe intelligit: qꝛ deſuper lumen intelligētie accipit. Purus ſimplex ⁊ ſtabilis ſpiritus in multis operibus nō diſſipat̄: qꝛ omnia ad dei honoꝛē operat̄: ⁊ in ſe ocioſus ab omni ꝓpꝛia exquiſitione eſſe nititur. Quis te magis impedit ⁊ moleſtat: q̄ꝫ tua īmoꝛtificata affectio coꝛdis? Bonus ⁊ deuotus homo opera ſua pꝛius intus diſponit que foꝛis agere debet. Nec illa trahunt eū ad deſideria vicioſe inclinationis: ſed ipſe inflectit ea

ad arbitrium recte rationis· Quis habet forti/
us certamen quã qui nititur vincere ſeipſum·
Et hoc deberet eſſe negociũ noſtrũ vincere vi/
delicet ſeipm̃ ꝛ quottidie ſeipſo fortiorẽ fieri:
atq; in melius aliquid ꝑficere· Omnis ꝑfectio
in hac vita quandã imperfectionẽ ſibi habꝫ an
nexa:ꝛ oĩs ſpeculatio nr̃a quedã caligine non
caret· Humilis tui cognitio certior via eſt ad
deũ·quã profunde ſcientie inqſitio· Nõ eſt cul
pãda ſcientia:aut quelibet ſimplex rei noticia
que bona eſt in ſe cõſiderata ꝛ a deo ordinata
ſed p̃ferenda ẽ ſemꝑ bona cõſcientia ꝛ virtuoſa
vita· Quia vero plures magis ſtudẽt ſcire quã
bene viuere:ideo ſepe errant: ꝛ pene nullũ vel
modicũ fructũ ferunt· O ſi tantã adhiberẽt di
ligentiã ad extirpanda vitia ꝛ virtutes inſerẽ
das:ſicuti admouendas queſtiones:nõ fierẽt
tanta mala ꝛ ſcãdala in populo nec tãta diſſo
lutio in cenobiis· Certe adueniente die iudicii
nõ queret̃ a nobis quid legimus:ſed quid ꝑfeci
mus:nec q̃ bene dicimus ſed q̃ religioſe vixi/
mus· Dic mihi vbi ſunt modo oẽs illi dñi ꝛ ma
giſtri quos bene nouiſti dum adhuc viuerent
ꝛ in ſtudiis florerent· Iaꝫ eorũ prebendas alii

poſſident: ⁊ neſcio vtrum de eis recogitãt. In vita ſua aliquid videbant̃. ⁊ modo de illis tacetur. O ꝙ̃ cito tranſit gloria mundi. Utinã vita eorum ſcientie ipſorũ concordaſſet: tunc bebe ſtuduiſſent ⁊ legiſſent. Quam multi pereũt per vanam ſcientiã in hoc ſeculo qui paruz curant de dei ſeruitio. Et qꝛ magis eligunt magni eſſe ꝙ̃ humiles: ideo euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Uere magnus eſt qui magnam habet charitatem. Uere magnus eſt qui in ſe paruus eſt: ⁊ pro nihilo omne culmen honoris ducit. Uere prudens eſt qui omnia terrena arbitratur vt ſtercora. vt chriſtũ lucrifaciat. Et vere bene doctus eſt: qui dei voluntatem facit: ⁊ ſuam voluntatem relinquit.

¶ De prudentia in agendis. cap. iiii.

NOn eſt credendum omni verbo nec inſtinctui ſed caute ⁊ longaminiter res eſt ſecunduz deum ponderanda. Proh dolor ſepe malum facilius quam bonum de alio creditur ⁊ dicitur: ita infirmi ſuimus. Sed perfecti viri non facile credũt omni enarranti: quia ſciunt infirmitatem humanam ad malum procliuam et in verbis ſatis la-

bilem·Magna ſapientia eſt non eſſe precipitē
in agēdis: nec pertinaciter in proprijs ſenſib⁹
ſtare·Ad hanc etiā pertinet nō quibuſlibet ho
minum verbis credere: nec audita vel credita
mox ad aliorū aures effundere· Cum ſapiente
⁊ cōtentioſo viro cōſiliū habe: ⁊ quere potius
a meliore inſtrui quā tuas ad inuentiones ſe-
qui·Bona vita facit hominē ſapientē ſm deū
⁊ expertū in multis·Quanto quis in ſe humili
or fuerit ⁊ deo ſubiectior tanto in oībus erit ſa
pientior ⁊ pacatior·

¶De lectione ſanctarū ſcripturarū· Cap·v·

VEritas eſt in ſcripturis ſanctis queren
da non eloquentia· Omnis ſcriptura
ſacra eo ſpiritu debet legi quo facta eſt
Querere potius debemus vtilitatē in ſcriptu-
ris ꝙ ſubtilitatē ſermonis· Ita libenter deuo
tos ⁊ ſimplices libros legere debemus ſicut al
tos ⁊ profundos. Non te offendat auctoritas
ſcribentis vtrū parue vel magne litterature fu
erit: ſed amor pure veritatis te trahat ad legen
dum· Non queras quis hoc dixerit: ſed quid di
catur attende. Hoīes tranſeunt: ſed veritas do
mini manet in eternū. Sine perſonarū accep-

tione variis modis loquitur nobis de?. Curio
ſitas noſtra ſepe nos impedit in lectione ſcrip
turarū: cum volumus intelligere ꝛ diſcutere:
vbi ſimpliciter eſſet tranſeundū. Si vis profe-
ctum haurire: lege humiliter ſimpliciter ꝛ fide
liter: nec vnꝙ velis habere nomen ſcientie. In
terroga libenter ꝛ audi tacens verba ſanctoꝝ:
nec diſpliceant tibi parabole ſeniorum ſine cau
ſa enim non proferuntur.

¶De inordinatis affectionibus. Cap. vi.

Quandocunqꝫ homo aliquid inordinate appetit: ſtatim in ſe inquietus fit. Superbus ꝛ auarus nunꝙ quieſcunt. Pauper ꝛ humilis ſpiritu in multitudine pacis cō-uerſantur. Homo qui nec dum pfecte in ſe mortuus eſt: cito tēptatur ꝛ vincit̃ in paruis ꝛ vilibus reb?. Infirmus ſpiritu ꝛ quodā modo adhuc carnalis ꝛ ad ſenſibilia īclinatus: difficulter ſe poteſt a terrenis deſideriiſ ex toto abſtrahere. Et ideo ſepe habet triſticiā cū ſe ſubtrahit: leuiter etiam indignat̃ ſi quis ei reſiſtit. Si autē proſecutus fuerit quod cōcupiſcit: ſtatim ex reatu cōſcientie grauat̃: q2 ſecutus eſt paſſionē ſuam: que nihil iuuat ad pacē ꝙ que

ſiuſt. Reſiſtendo igit̃ paſſionibus inuenit̃ ve
ra pax cordis nõ autẽ ſeruiendo eis. Non ẽ er
go pax in corde hoĩs carnalis: non in homine
exterioribus dedito ſed inferuido ſpirituali.

¶ De vana ſpe ⁊ elatione fugienda. Cap. vii.

Vanus eſt qui ſpem ſuã ponit in hoĩbus
aut in creaturis. Nõ te pudeat aliis ſer
uire amore ieſu xp̃i: ⁊ pauperẽ in hoc ſe
culo videri. Non ſtes ſup teip̃m: ſed in deo ſpẽ
tuã conſtitue Fac qđ in te eſt ⁊ deus aderit bo
ne volũtati tue. Non cõfidas in tua ſcientia vl̕
cuiuſq̃ aſtucia viuentis: ſed magis in dei grã
q̄ adiuuat humiles ⁊ de ſe preſumẽtes humiliat
N: glorieris in diuiciis ſi adſunt nec in ami
cis q: potentes ſunt: ſed in deo q: oĩa preſtat ⁊
ſeip̃m ſuper oĩa dare deſiderat nõ te extollas đ
magnitudine vel pulchritudine corporis: que
modica infirmitate corrũpit̃ ⁊ defedat̃. Non
placeas tibiipſi de habilitate aut ingenio tuo
ne diſpliceas deo: cuius eſt totũ quicquid bõi
naturaliter habueris. Nõ te reputes aliis meli
orem ne forte corã deo deterior habearis q̄ ſcit
quid eſt in homine Non ſupbias de opibus bo
nis: q: aliter ſunt iudicia dei q̃ hominũ: cui ſe

pe diſplicet quod hominibꝰ placet. Si aliquid
boni habueris: crede de aliis melioꝛa ⁊ humili
tatem cõſerues. Non nocet ſi oĩbus te ſuppo-
nas: nocet aũt plurimũ ſi vel vni te pꝛeponas.
Jugis pax cum humili: in coꝛde autem ſuper-
bi zelus ⁊ indignatio frequens.

¶De cauenda nimia familiaritate. Cap. viii.

NOn omni homini reuelles coꝛ tuũ: ſed
cum ſapiente ⁊ timente deuꝫ age cauſaꝫ
tuam. Cum iuuenibus ⁊ extraneis ra-
rus eſto. Cum diuitibus noli blandiri ⁊ coꝛam
magnatis non libenter appareas. Cum humi
libus ⁊ ſimplicibus: cum deuotis ⁊ moꝛigera-
tis ſociare: ⁊ que edificationis ſunt pertracta.
Non ſis familiaris alicui mulieri: ſed in cõmu
ni oẽs bonas mulieres deo cõmenda ſoli deo
⁊ angelis eius opta familiaris eſſe: ⁊ hominuꝫ
noticiam de vita. Charitas habenda eſt ad om
nes: ſed familiaritas non expedit. Quãdoq; ac
cidit vt perſona ignota ex bona fama luceſcat
cuius tñ pꝛeſentia oculos intuentiũ obfuſcat.
Putamꝰ aliquãdo aliis placere ex cõiunctiõe
noſtra ⁊ incipimus magis diſplicere ex moꝛuꝫ
impꝛobitate in nobis conſiderata.

¶ De obedientia ⁊ ſubiectione. Cap. ix.

Valde magnũ eſt in obediẽtia ſtare: ſub prelato viuere ⁊ ſuis iuris nõ eſſe. Multo tutius ẽ ſtare in ſubiectione q̃ in prelatura. Multi ſunt ſub obedientia multis ex neceſſitate q̃ ex charitate: ⁊ illi penã habent ⁊ leuiter murmurant nec libertatẽ mentis acquirent niſi ex toto corde propter deũ ſe ſubiiciãt Curre hic vel ibi: non inuenies quietẽ niſi in humili ſubiectione ſub prelati regimine. Imaginatio locoꝝ ⁊ mutatio multos fefellit. Verũ eſt ꝙ vnuſquiſq; libenter agit pro ſenſu ſuo et inclinatˀ ad eos magis qui ſecum ſentiunt. Sꝫ ſi deus eſt inter nos neceſſe eſt vt relinquimus etiã quandoq; noſtrũ ſentire propter bonũ pacis. Quis eſt ita ſapiens qui oĩa plene ſcire poteſt. Ergo noli nimis in ſenſu tuo cõfidere ſed velis etiam libẽter alioꝝ ſenſum audire. Si bonum eſt tuũ ſentire ⁊ hoc ip̄m propter deum dimittis ⁊ aliũ ſequeris magis exinde proficies. Audiui enim ſepe ſecurius eſſe audire ⁊ accipere conſiliũ quare dare. Poteſt enim cõtingere vt bonũ ſit vniuſcuiuſq; ſentire ſed nolle alijs acquieſcere cum id ratio aut cauſa poſtulat. ſi

gnum eſt, ſuperbie ⁊ pertinacie.
¶De cauenda ſuperfluitate verboꝝ. Cap. x.
Caueas tumultũ hominũ quantum po-
tes multũ enim impedit tractatus ſecu-
larium geſtorum etiã ſi ſimplici intenti
one proferant̃. Cito enim inquinamur vanita
te ⁊ captiuamur. Uellem me pluries tacuiſſe ⁊
inter hoĩes non fuiſſe. Sed quare tam libenter
loquimur ⁊ inuicem fabulamur cũ tamen raro
ſine leſione conſcientie ad ſilentiũ redimus?
Ideo tam libenter loquimur: quia per mutuas
locutiones ab inuicẽ conſolari querimus: et
cor diuerſis cogitationibus fatigatum opta
mus releuare. Et multum libenter de his que
multum diligimus vel cupimus: vł que nobis
cõtraria ſentimus. libet loqui ⁊ cogitare. Sed
prohdolor ſepe inaniter ⁊ fruſtra: Nã hec exte-
rior conſolatio interioris ⁊ diuine cõſolatio-
nis nõ modicũ detrimentũ eſt. Ideo vigilãdũ
eſt ⁊ orandũ ne tẽpus occioſe trãſeat. Si loquĩ
licet ⁊ expedit: que edificabilia ſunt loquere.
Malus vſus ⁊ negligentia ꝑfectus noſtri mul
tum facit ad in cuſtodiã oris noſtri. Iuua tñ
men non parum ad profectũ ſpiritualẽ deuota

ſpirtualium rerum collatio maxime vbi pares
aĩimo ⁊ ſpiritu in deo ſibi ſociantur.

## ¶ De pace acquirenda ⁊ zelo proficiendi. Capitulo. xi.

MUltam poſſemus pacem habere: ſi non vellemus nos cũ aliorꝝ dictis ⁊ factis que ad noſtrã curã non ſpectãt occupare. Quomodo poteſt ille diu in pace manere q alienis curis ſe intermiſcet: qui occaſiones forinſecus querit: qui parũ vel raro ſe intrinſec⁹ colligit. Beati ſimplices qm̃ multam pacẽ habebunt. Quare quidã ſanctorꝝ tam perfecti ⁊ cõtẽplatiui fuerunt. Quia oĩno ſeipſos mortificare ac oĩbus terrenis deſideriis ſtuduerũt: ⁊ iõ totis medullis cordis deo inherere atq; libere ſibi vacare potuerunt. Nos quidẽ nimiũ occupamur propriis paſſionibus: ⁊ de tranſitoriis nimis ſollicitamur. Raro etiam vnũ vitiũ perfecte vincimus: ⁊ ad quotidianũ profectum nõ accẽdimur ideo frigidi ⁊ tepidi remanemus ſi eẽm⁹ nobiſipſis ꝑfecte mortui: ⁊ ĩteri⁹ minime implicati tunc poſſemus etiam diuina ſapere ⁊ de celeſti contemplatione aliquid experiri.

Totum ⁊ maximũ impedimentũ eſt quia non ſumus a paſſionibus ⁊ concupiſcentiis liberi. Nec perfectam ſanctoꝛum vitam conamur ingredi Quando etiam modicum aduerſitatis occurrit: nimis cito deiicimur ⁊ ad humanas conſolationes conuertimur. Si niteremur ſicut viri foꝛtes ſtare in pꝛelio. pꝛofecto auxiliuȝ domini videremus ſuper nos de celo. Ipſe eniȝ certantes ⁊ de gratia ſua ſperantes paratus ē adiuuare. qui nobis certandi occaſiones pꝛocurat. vt vincamus. Si tantum in iſtis exterioribus obſeruantiis pꝛofectum religionis ponimus cito finem habebit deuotio noſtra. Sed ad radicem ſecurim ponamus: vt purgati a paſſionibus pacificam mentem poſſideamus. Si omni anno vnum vitium extirparemus: cito viri perfecti efficeremur. Sed modo econtrario ſepe ſentimus vt melioꝛes ⁊ purioꝛes in initio conuerſionis nos fuiſſe inueniamus: ꝙ̄ poſt multos annos pꝛofeſſionis. Feruoꝛ ⁊ pꝛofectus noſter quottidie deberet creſcere: ſed nunc pꝛo magno videtur ſi quis pꝛimi feruoꝛis partem poſſet retinere. Si modicam violentiam faceremus in pꝛincipio tunc poſtea cũ

eta poſſemus facere cū leuitate ꝛ gaudio. Graue eſt aſſueta dimittere: ſed grauius eſt cōtra propriā voluntatē ire. Sed ſi nō vincis parua ꝛ leuia: quando ſuperabis difficiliora? Reſiſte in principio inclinationi tue ꝛ malā deſiſte cōſuetudinem ne forte paulatim ad maiorem te ducat difficultatem. O ſi aduerteres quantam tibi pacē ꝛ aliis leticiam faceres teipm̄ bene habendo: puto ꝙ ſollicitior eſſes ad ſpiritualem profectum.

¶ De vtilitate aduerſitatis. Cap. xii.

BOnum eſt nobis ꝙ aliquando habem⁹ aliquas grauitates ꝛ cōtrarietates: q2 ſepe hominem ad cor reuocant quatenus ſe in exilio eſſe cognoſcat: nec ſpe3 ſua3 in aliqua re mundi ponat. Bonū eſt ꝙ patiamur quandoqꝫ cōtradictores ꝛ ꝙ male ꝛ imꝑfecte d̄ nobis ſentiat̄ etiā ſi bene agimus ꝛ intendim⁹ Iſta ſepe iuuant ad humilitatē: ꝛ a vana gloria nos defendunt. Tunc enim melius interiorem teſtem deū querimus quando foris vilipēdimur ab oībus ꝛ non bene nobis credit̄. Ideo deberet ſe homo in deo totaliter firmare: vt nō eſſet ei neceſſe multas cōſolationes querere.

Quando hō bone voluntatis tribulatᷣ vel tē-
ptatur: aut malis cogitationibus affligitᷣ tūc
deū ſibi magis neceſſariū intelligit: ſine quo
nihil boni ſe poſſe deprehendit. Tunc etiā tri
ſtatur gemit ꝛ orat pro miſeriis quas patitur.
Tunc tedet eum diutius viuere: mortē optat
inuenire vt poſſit diſſolui ꝛ cū xp̄o eſſe. Tunc
etiā bene aduertit perfectā ſecuritatē ꝛ plenam
pacem in mundo non poſſe conſtare.

De temptationibus reſiſtendis. Cap. xiii.

Quamdiu in mundo viuimus ſine tribu-
latione ꝛ temptatione eſſe non poſſu-
mus. Unde in Job ſcriptū eſt. Tempta
tio eſt vita hominis ſuper terram. Ideo vnuſ-
quiſq̧ ſollicitus eſſe deberet circa tēptationes
ſuas ꝛ vigilare in orationibus ne diabolus lo
cū inueniret decipiendi: qui nunq̄ dormitat:
ſed circuit querēs quē deuoret. Nemo tam per-
fectus eſt ꝛ ſanctus qui nō habeat aliquando
tēptationes: ꝛ plene eis carere non poſſumus.
Sunt tamē tēptationes homini ſepe valde vti
les licet moleſte ſint ꝛ graues: qꝛ in illis homo
humiliatᷣ: purgat ꝛ eruditur. Oēs ſancti ꝑ mul
tas tribulationes ꝛ tēptationes tranſierunt ꝛ

pꝛofecerunt. Et qui tẽptationes ſuſtinere neq̄
uerunt repꝛobi facti ſunt ⁊ defecerunt. Non ē
aliquis oꝛdo tã ſanctus nec locutus tam ſecre
tus: vbi non ſint tẽptationes vel aduerſitates
Non eſt homo ſecurus a tẽptationibus totali-
ter: q̃diu vixerit: qꝛ in nobis eſt vnde tempta-
mur: ex quo in cõcupiſcentia nati ſumus. Una
temptatione ſeu tribulatione recedente alia ſu
peruenit: ⁊ ſemper aliquid ad patiendũ habebi
mus. Nam bonũ felicitatis noſtre perdidimus
Multi querũt tẽptationes fugere: ⁊ grauius i
cidunt in eas. Per ſolam fugã nõ poſſumus vi
cere ſed per patientiã ⁊ veraꝫ humilitatem om
nibus hoſtibus efficimur foꝛtioꝛes. Qui tantũ
modo exterius declinat nec radicẽ euellit: parꝫ
pꝛoficiet: imo citius ad eum temptationes re-
dient ⁊ peius ſentient: paulatim ⁊ per patien-
tiam cũ longanimitate deo iuuante melius ſu
perabis: q̃ cũ duritia ⁊ impoꝛtunitate ꝓpꝛia ſe
pius accipe conſiliũ in tẽptatione: ⁊ cũ tempta
to noli duriter agere: ſed cõſolationem inge-
re: ſicut tibi optares fieri. Initium omniũ ma-
larum tẽptationum inconſtantia animi ⁊ par
ua ad deũ cõfidentia: quia ſicut nauis ſine gu-

bernaculo hincinde a fluctibus impellitur: ita hō remiſſus ⁊ ſuū propoſitū deſerens varie tē/ptatur · Ignis probat ferrum: ⁊ tēptatio homi nem iuſtū· Neſcimus ſepe quid poſſumus: ſed tēptatio aperit quid ſumus· Uigilandū eſt tñ precipue circa initium tēptationis qꝛ tunc faci lius hoſtis vincit̃ ſi oſtium mentis nullaten⁹ intrare ſinit̃: ſed extra limen ſtatim vt pulſaue rit illi obuiatur· Unde quidam dixit· Princi/piis obſta ſero medicina paratur· Cum mala ꝑ longas cōualuere moras· Nam primo occurrit menti ſimplex cogitatio: deinde fortis imagi/natio poſtea delectatio ⁊ motus prauus ⁊ aſ/ſenſio. Sicq; paulatim ingredit̃ hoſtis mali/gnus ex toto: dum illi non reſiſtitur in princi/pio· Et quanto diutius quis ad reſiſtendū tor puerit: tāto in ſe quotidie debilior fit: ⁊ hoſtis cōtra eum potentior· Quidā in principio con/uerſionis ſue grauiores tēptationes patiunt̃: quidā aūt in fine· quidam vero quaſi per totā vitam ſuā male habent· Nōnulli ſatis leuiter tēptant̃ ſm diuine ordinationis ſapientiam ⁊ equitatem qui ſtatum ⁊ merita hominū penſat ⁊ cuncta ad electorum ſuorum ſalutem preor/

ſinat. Ideo nõ debemus deſperare cũ temptamur ſed eo feruentius deũ exorare: quatenus nos in omni tribulatione digne adiuuare q vtiq ſm dictũ pauli talẽ faciet cũ tẽptatione puentũ: vt poſſimus ſuſtinere. Humiliem⁹ ergo aĩas noſtras ſub manu dei in omni tẽptatione ⁊ tribulatione: q2 humiles ſpiritu ſaluabit et exaltabit. In tẽptationibus ⁊ tribulationibus probat homo quantũ profecit: ⁊ ibi maius meritum exiſtit: ⁊ virtus melius pateſcit. Nec magnum eſt ſi homo deuotus ſit ⁊ feruidus cum grauitatem nõ ſentit: ſed ſi tẽpore aduerſitatis patienter ſe ſuſtinet: ſpes magni profectus erit. Quidã a magnis tẽptationibus cuſtodiunt: ⁊ in paruis quottidianis ſepe vincunt: vt humiliati nunq de ſeipſis in magnis cõfidant: qui in tam modicis infirmantur.

De temerario iudicio vitando. Cap. xiiii

AD teipſum oculos reflecte: ⁊ alio facta caueas iudicare. In iudicãdo alios homo fruſtra laborat ſepius errat ⁊ leuiter peccat. Seipm vero iudicando ⁊ diſcutiẽdo ſemp fructuoſe laborat. Sicut nobis res cordi eſt a ſic de ea frequenter iudicamus. Nã verum

iudicium propter priuatū amorē faciliter per-
dimus. Si deus ſemper eſſet pura intentio no
ſtri deſiderii: nō tam faciliter turbaremur pro
reſiſtentia ſenſus noſtri. Sed ſepe aliquid ab ī
tra latet: vel etiam ab extra cōcurrit: quod nos
etiam pariter trahit. Multi occulte ſeipſos que
runt in rebus quas agunt ⁊ neſciunt. Vident̄
etiam in bona pace ſtare: quando res pro eorū
velle fiunt ⁊ ſentire. Si aūt aliter fit quā cupi-
unt: cito mouent̄ ⁊ triſtes fiunt. Propter diuer
ſitatem ſenſuū ⁊ opinionū ſatis frequenter ori
untur diſſenſiones inter amicos ⁊ ciues: inter
religioſos ⁊ deuotos. Antiqua cōſuetudo diffi
culter relinquitur ⁊ vltra ꝓpriū videre nemo li
benter ducit̄. Si rationi me magis inniteris
vel induſtrie ꝙ̄ virtuti ſubiectiue ieſu xp̄i: raro
⁊ tarde eris hō illuminatus: q: deus vult nos
ſibi perfecte ſubiici ⁊ oēm rationē per inflāma
tum amorem tranſcendere.

## De operibus ⁊ charitate factis. Cap. xv.

PRo nulla re mundi ⁊ pro nullius hoīs
dilectione aliquod malum ē faciendū:
ſed pro vtilitate tantū indigentis opus
bonū aliquando intermittendū eſt aut etiam

pro meliori mutandū: hoc enim facto· opus bonum nō destruit̃: ſed in melius cōmutat̃· Sine charitate opus externū nihil prodeſt· quicquid aūt ex charitate agit̃ quantūcunq; etiā paruū ſit ⁊ deſpectū totū efficit̃ fructuoſum· Magis ſiquidem deus penſat ex quanto quis agit: q̄ȝ quantū quis facit· Multum facit qui multum diligit Multum facit qui rem bene facit· Bene facit qui magis cōmunitati q̄ȝ ſue volūtati ſeruit· Sepe videt̃ eſſe charitas: ⁊ ē magis carnalitas: q2 carnalis inclinatio: propria volūtas: ſpes retributionis: effectus cōmoditas raro ab eſſe volunt· Qui veram ⁊ perfectā charitatem habet: in nulla re ſeipſum querit: ſed dei ſolummodo gloriam in omnibus fieri deſiderat· Nulli etiam inuidet: q2 nullum priuatum gaudium amat nec in ſe ipſo vult gaudere: ſed in deo ſup oīa bona optat beatificari· Nemini aliquid boni attribuit: ſed totaliter ad deū refert: a quo fontaliter omnia ꝓcedunt: in quo finaliter oēs ſancti fruibiliter quieſcunt· O qui ſcintillam haberet vere charitatis profecto omnia terrena ſentiret plena fore vanitatis·

¶ De ſufferentia defectuum aliorum· Cap· xvi·

Liber pꝛimus.

Q Ue homo in ſe vel in aliis emendare nõ
valet: debet patiẽter ſuſtinere donec de
us aliter oꝛdinet. Cogita qꝛ foꝛte ſic me
lius eſt pꝛo tua ꝓbatione ꝛ patientia: ſine qua
nõ ſunt multũ põderanda merita noſtra. De
bes tamen pꝛo talibus impedimẽtis ſupplicare
vt deꝰ tibi dignetᷣ ſubuenire ꝛ poſſis benigne
poꝛtare. Siquis ſemel aut bis admonitus non
acqeſcit: noli cũ eo cõtendere: ſed totũ deo cõ
mitte: vt fiat voluntas eius ꝛ honoꝛ in oĩbus
ſeruis ſuis qui ſcit bene mala in bonũ cõuerte
re. Stude patiens eſſe in tolerando alioꝝ defe
ctus ꝛ qualeſcũqꝫ ĩfirmitates qꝛ ꝛ tu multa ha
bes que ab aliis opoꝛtet tolerari. Si nõ potes
te talẽ facere qualẽ vis quõ poteris aliũ habe
re ad tuum beneplacitũ Libenter habemꝰ ali
os perfectos ꝛ tamen pꝛopꝛios nõ emendamuſ
defectus. Volumus ꝙ alii ſtricte coꝛrigantur ꝛ
ipſi coꝛrigi nolumus. Diſplicet larga alioꝝ li
centia ꝛ tamen nobis nolumus negari ꝙ peti
mus. Alios reſtringi per ſtatuta volumus et
ipſi nullatenꝰ patimur amplius cohiberi. Sic
ergo patet ꝙꝫ raro pꝛimũ ſicut noſipſos penſa
mus. Si eſſent omnes perfecti: quid tunc habe

remus ab aliis pro deo pati? Nunc aūt deus ſic
ordinauit: vt diſcamus alter alteriꝰ onera por
tare qꝛ nemo ſine defectu nemo ſine onere ne-
mo ſibi ſufficiens: nemo ſibi ſatis ſapiens: ſed
oportet nos inuicem portare inuicem cōſolari
pariter adiuuare inſtruere: ⁊ admonere. Quan
te aūt virtutis quiſq; fuerit: melius patet occa
ſione aduerſitatis. Occaſiones nāq; hominem
fragilē nō faciunt ſed qualis ſit oſtendunt.

¶ De monaſtica vita. Cap. xvii.

Oportet vt diſcas teipm̄ in multis fran-
gere ſi vis pacem ⁊ cōcordiā cū aliis te-
nere. Non eſt paruū in monaſteriis vel
in cōgregatione habitare: ⁊ ibi ſine querela cō
uerſari: ⁊ vſq; ad mortē fidelis perſeuerare Bea
tus quidē qui ibi bene vixit: ⁊ feliciter cōſuma
uit. Si vis debite ſtare ⁊ proficere: teneas te tā
q̄ exulem ⁊ peregrinū ſuper terrā. Oportet te
ſtultum fieri propter xp̄m: ſi vis religioſam du
cere vitā. Habitus ⁊ tonſura modicū cōferūt:
ſed mutatio morū ⁊ integra mortificatio paſſi
onum verū faciunt religioſum. Qui aliud que
rit q̄ pure deū ⁊ aīe ſue ſalutem nō inueniet:
niſi tribulationē ⁊ dolorē. Non poteſt etiā diu

ſtare pacificus: qui nõ nititur eſſe minimus. ⁊ omnibus ſubiectus. Ad ſeruiendũ veniſti nõ ad regendũ. Ad patiendũ ⁊ laborandũ ſcias te vocatũ: non ad ociandũ vel fabulandũ. Hic ergo probant̃ homines ſicut aurũ in fornace. Hic nemo põt ſtare niſi ex toto corde ſe voluerit propter deum humiliare.

¶De exemplis ſanctorum patrum. Cap. xviii

Intuere ſanctoꝝ patrũ viuida exempla in quibus vera perfectio refulſit ⁊ religio ⁊ videbis q̃ȝ modicũ ſit ⁊ pene nihil qꝫ nos agimus. Heu quid eſt vita noſtra ſi illis fuerit comparata! Sancti ⁊ amici xp̄i dñó ſeruierunt in fame ⁊ ſiti: in frigore ⁊ nuditate in labore et fatigatione: in vigiliis ⁊ ieiuniis: in orationibus ⁊ ſanctis meditationib⁹: in pſecutionibus ⁊ opprobriis multis. O q̃ȝ multas ⁊ graues tribulationes paſſi ſunt apoſtoli: martyres: confeſſores: virgines ⁊ reliqui oẽs qui xp̄i veſtigia voluerunt ſequi. Nam aĩas ſuas in hoc mũdo oderunt: vt in eternã vitam eas poſſiderent. O q̃ȝ ſtrictam ⁊ abdicatã vitam ſancti patres in heremo duxerunt: q̃ȝ longas ⁊ graues tẽptationes ꝑtulerunt: q̃ȝ frequenter ab inimico vexati

ſunt ꝙ crebras ⁊ feruidas orationes deo obtu
lerunt: ꝙ rigidas abſtinentias peregerunt: ꝙ
magnū zelū ⁊ feruorē ad ſpiritualē profectum
habuerunt: ꝙ forte bellū aduerſus edomatio-
nem vitioꝝ geſſerunt: ꝙ puram ⁊ rectā intenti
onem ad deū tenuerunt. Per diē laborabant: ⁊
noctibus orationi diuine vacabant ꝙꝙ labo-
rando ab oratione mentali minime ceſſarent.
Omne tēpus vtiliter expendebāt oīs hora ad
vacandū deo breuis videbat᷑ ⁊ pre magna dul
cedine cōtemplationis etiam obliuioni trade-
batur neceſſitas corporalis refectionis. Oībꝰ
diuitiis: dignitatibus: honoribus: amicis ⁊ co
gnatis renūciabant nil de mundo habere cupi
ebant vix neceſſaria vite ſumebant corpori ſer
uire etiā in neceſſitate dolebant. Pauperes igi
tur erant rebus terrenis: ſed diuites valde in
gratia ⁊ virtutibus. Foris egebant ſed intus
gratia ⁊ cōſolatione diuina reficiebant᷑. Mun
do erāt alieni: ſed deo primi ac familiares ami
ci. Sibiipſis videbant᷑ tanꝙ nihil ⁊ huic mun
do deſpecti: ſed erāt in oculis dei precioſi ⁊ ele-
cti. In vera humilitate ſtabant: in ſimplici obe
dientia viuebant: in charitate ⁊ patientia ami-

bulabant: et ideo quotidie in ſpiritu ꝓficiebāt: et magnā apud deū gratiā obtinebāt. Dati ſūt in exēplū oībus religioſis et plus ꝓuocare nos debent ad bene ꝓficiendū q̄ꝫ tepidorū numerꝰ ad relaxandū. O quātus feruor oīum religioſorum inprincipio ſue ſancte inſtitutionis fuit O quanta deuotio oīonis: quanta emulatio virtutis: quā magna diſciplina viguit: quāta reuerentia et obedientia ſub regula magiſtri in oībus effloruit. Teſtantur adhuc veſtigia derelicta q̄ vere viri ſancti et pfecti fuerunt: qui tam ſtrenue militantes mundū ſuppeditauerunt. Jam magnus putat̄ ſiquis tranſgreſſor nō fuerit ſiquis quod accepit cū patientia tollerare potuerit. Ob tēporis et negligentie ſtatus noſtri: q̄ tam cito declinamus a priſtino feruore: et iā tedet viuere pre laſſitudine et tēpore. Utinā in te penitus nō dormitet pfectꝰ virtutū: qui multa ſepius exēpla vidiſti deuotorꝫ.

¶ De exercitiis boni religioſi. Cap. xix.

Vita boni religioſi oībus virtutibus pollere debꝫ vt ſit talis interius: qualis videtur hominibus exterius. Et merito multo plus debet eſſe intus quam quod cerni-

tur fortis: quia inſpectoꝛ noſter eſt deus: quem
ſummopere reuereri debemus vbicunq; fueri
mus ⁊ tanq̃ angeli in conſpectu eius mũdi in
cedere. Omni die renouare debemus pꝛopoſitũ
noſtrũ ⁊ ad feruoꝛez nos excitare quaſi hodie
pꝛimũ ad cõuerſionẽ veniſſemus atq; dicere:
adiuua me dñe deus meus in bono ꝓpoſito et
ſancto ſeruitio tuo ⁊ da mihi nunc hodie perfe
cte incipere: qꝛ nihil eſt ꝙ hactenus feci. Secũ
dum pꝛopoſitũ noſtrũ curſus pꝛofectus noſtri
⁊ multa diligentia opus eſt bene ꝓficere volen
ti. Quod ſi foꝛtiter ꝓponens ſepe deficit: quid
ille qui raro aut minus fixe aliquid pꝛoponit?
Uariis tamen modis contingit deſertio pꝛo
poſiti noſtri: ⁊ leuis omiſſio exercitioꝝ vix ſi
ne aliquo diſpendio tranſit. Juſtoꝝ pꝛopoſitũ
in gratia dei potius q̃ in pꝛopꝛia ſapientia pẽ
det in quo ⁊ ſemꝑ cõfidunt quicqd arripiunt.
Nã hõ ꝓponit: ſed deus diſponit: nec ẽ in ho
mĩe via eius. Si pietatis cauſa aut fraterne vti
litatis ꝓpoſito quandoq; conſuetũ omittit̃ ex
ercitium: facile poſtea poterit recuperari. Si aũt
tedio animi aut negligentia faciliter relinqui
tur ſatis culpabile eſt ⁊ nociuũ ſentiet̃. Cone

mur quantū poſſumus adhuc leuiter deficie-
mus in multis. Semper tñ aliquid certi ꝓpo
nendū eſt: ⁊ illa precipue que amplius nos im
pediunt. Exteriora noſtra ⁊ iteriora pariter no
bis ſcrutanda ſunt ⁊ ordinanda: qꝛ vtraqꝫ expe
diunt ad profectū. Si nō continue te vales col
ligere: ſaltē interdū ⁊ ad minus ſemel in die:
mane videlicet aut veſpere. Mane ꝓpone: ve
ſpere diſcute mores tuos qualis hodie fuiſti in
verbo opere ⁊ cogitatione: qꝛ in his ſepius for-
ſitan deum offendiſti ⁊ proximū. Accinge te ſi
cut vir cōtra diabolicas nequitias: frena gulā
⁊ oēꝫ carnis inclinationē facilius frenabis Nū
ꝙ̄ ſis ex toto ocioſus ſed aut legēs aut ſcribēs
aut orans aut meditans aut aliquid vtilitatis
pro cōi laborans. Corporalia exercitia diſcrete
te ſunt agenda: nec oībus equaliter aſſumēda
Que cōia non ſunt: nō ſunt foris oſtendēda:
nam in ſecreto tutius exercent̄ priuata. Cauen
dum tñ ne piger ſis ad cōia ⁊ ad ſingularia ꝓm
ptior ſed expletis integre ⁊ fideliter debitis et
iniunctis: ſi iam vltra vacat redde te tibi prout
deuotio tua deſiderat. Non poſſunt oēs habe-
re vnū exercitium: ſed aliud iſti: aliud illi ma

gis deſeruit· Etiam pro tẽporũ cõgruentia di/
uerſa placent exercitia qꝛ alia in feſtis alia ĩfe
riatis magis ſapiunt diebus · Aliis indigem⁹
tẽpore tẽptationis ⁊ aliis tẽpore pacis ⁊ quie/
tis· Alia cũ triſtamur libet cogitare: ⁊ alia cuꝫ
leti in dño fuerimus· Circa principalia feſta re
nouanda ſunt bona exercitia ⁊ ſanctoꝝ ſuffra
gia feruentius imploranda· De feſto in feſtum
proponere debem⁹ quaſi tunc de hoc ſeculo mi
graturi ſimus ⁊ ad eternũ feſtũ ꝑuenturi· Ideo
qꝫ ſollicite nos preparare debemus in deuotis
tẽporibus ⁊ deuotius cõuerſari: atqꝫ oẽꝫ obſer
uantiã ſtrictius cuſtodire tanqꝫ in breui pre/
mium laboris noſtri a deo percepturi· Et ſi di/
latũ fuerit credamus nos minus bene prepara
tos atqꝫ indignos tante adhuc glorie: que re/
uelabitur in nobis tẽpore prefinito: ⁊ ſtudea/
mus nos melius ad exitũ preparare· Beatus
ſeruus ait euangeliſta Lucas quẽ cum venerit
dñs inuenerit vigilantẽ· Amen dico vobis ſuꝑ
oĩa bona ſua conſtituet eum·

¶ De amore ſolitudinis ⁊ ſilentii· Cap·xx·

Liber primus.

QUere aptum tempus vacandi tibi: ⁊ de beneficiis dei frequenter cogita. Relinque curioſa. Tales perlege materias q̄ compunctionem magis preſtāt q̄ occupationē. Si te ſubtraxeris a ſuperfluis locutionibus et ocioſis circuitionibus: necnon a nouitatibus ⁊ rumoribus audiendis: inuenies tempus ſufficiens ⁊ aptum pro bonis meditationibus inſiſtendis. Maximi ſanctoꝝ humana ꝯſortia vbi poterant vitabant: ⁊ deo in ſecreto viuere eligebant. Dixit quidam: Quotiens inter homines fui minor homo redii. Hoc quippe ſepius experimur quando diu confabulamur. Facilius eſt omnino tacere q̄ verbo non excedere. Facilius eſt domi latere q̄ foris ſe poſſe ſufficiēter cuſtodire. Qui igitur intendit ad interiora ⁊ ſpiritualia ꝑuenire: oportet eum cū ieſu a turba declinare. Nemo ſecure apparet niſi qui libenter latet: Nemo ſecure preeſt niſi qui libenter obedire didicit. Nemo ſecure gaudet niſi qui bone ꝯſciētie teſtimoniū habet. Nemo ſecure loquit̄ niſi qui libenter tacet. Semper tamen ſanctoꝝ ſecuritas plena timoris dei extitit. Nec eo mi-

nus ſollicitī ⁊ humiles in ſe fuerūt qꝛ magnis
virtutibus ⁊ gratia emicuerūt·Prauoꝝ aūt ſe-
curitas ex ſupbia et ꝑſumptione oꝛit̃ ⁊ in fine
in deceptionē ſui vertit̃· Nūꝗ̃ pꝛomittas tibi
ſecuritatē in hac vita:ꝗ̃uis bonus videaris ce-
nobita aut deuotus heremita · Sepe melioꝛes
in eſtimatione hoīum grauius piclitati ſunt
pꝛopter ſuā nimiā cōfidentiā Unde multis vti-
lius eſt vt non penitus tēptationibus careāt:
ſed ſepius impugnent̃ ne nimiū ſecuri ſint: ne
foꝛte in ſuperbiā eleuent̃:ne etiā ad exterioꝛes
cōſolationes licentius declinent· O qui nūꝗ̃
tranſitoꝛiā leticiam quereret qui nunꝗ̃ cū mū-
do ſe occuparet:ꝗ̃ bonā cōſcientiā ſeruaret·O
qui oēm vanā ſollicitudinē amputaret ⁊ dūta-
xat ſalutaria ac diuina cogitaret ⁊ totā ſpem
ſuam in deo cōſtitueret ꝗ̃ magnā pacē ⁊ quie-
tem poſſideret·Nemo dignus eſt ⁊ celeſti cōſo
latione·niſi diligenter ſe exercuerit in ſancta
cōpunctione Si vis coꝛdetenus cōpungi· ītra
cubile tuū ⁊ exclude tumultus mundi ſicut ſcri-
ptum eſt· In cubilibus veſtris cōpungimini·
In cella inuenies ꝙ de foꝛis ſepius amittes·
Cella cōtinuata dulceſcit·⁊ male cuſtodita te-

dium gñat. Si in principio cõuerſionis tue be
ne eã incolueris ⁊ cuſtodieris erit tibi poſtea
dilecta amica ⁊ gratiſſimũ ſolatiũ. Jn ſilentio
⁊ quiete proficit aĩa deuota ⁊ diſcit abſcondita
ſcripturarũ ibi inuenit fluenta lachrimarũ: q
bus ſingulis noctibus ſe lauet ⁊ mundet vt cõ
ditori ſuo tãto familiarior fiat: quanto lõgius
ab omni ſeculari tumultu degit. Qui ergo ſe
abſtrahit a notis ⁊ amicis appropinquabit
illi deus cũ angelis ſanctis. Melius eſt latere
⁊ ſui curam agere: ꝙ ſe neglecto ſigna facere.
Laudabile eſt homini religioſo raro foras ire
fugere videri: nolle etiam hoĩes videre. Quid
vis videre: quod non licet habere. Tranſit mũ
dus ⁊ concupiſcentia eius. Trahunt deſideriũ
ſenſualitatis ad ſpaciandũ: ſed cũ hora tranſie
rit: quid niſi grauitatẽ cõſcientie: ⁊ cordis di/
ſꝑſionẽ ĩportas? Letus exitus triſtẽ ſepe redi
tũ parit: ⁊ leta vigilia ſerotina triſte mãe facit
Sic oẽ carnale gaudiũ blande intrat: ſed in fi/
ne mordet ⁊ peremit. Quid potes alibi vide
re ꝙ hic nõ vides? Ecce celũ ⁊ terrã ⁊ oĩa ele/
menta: nã ex iſtis oĩa ſunt facta. Quid potes
alicubi videre: quod diu poteſt ſub ſole ꝑmane

re? Credis te forſitan ſatiari: ſed non poteris pertingere. Si cuncta videres preſentia: quid eſſent niſi viſio vana? Leua oculos tuos ad deum in excelſis ⁊ ora pro peccatis tuis ⁊ negligentiis. Dimitte vana vanis: tu autem intēde illis que tibi precepit deus. Claude ſup te oſtiū tuū ⁊ voca ad te ieſum dilectum tuum. Mane cum eo in cella quia non inuenies alibi tantā pacem. Si non exiſſes nec quicquam de rumoribus audiſſes melius in bona pace permanſiſſes. Ex quo noua delectat aliqñ audire: oportet te exinde turbationem cordis tollerare.

¶ De compunctione cordis. Cap. xxi.

Si vis aliquid proficere: conſerua te in timore dei ⁊ noli eſſe nimis liber ſʒ ſub diſciplina cohibe omnes ſenſus tuos: nec inepte te tradas letitie. Da te ad cordis cōpunctionem ⁊ inuenies deuotionem. Compunctio enim multa bona aperit que diſſolutio cito perdere conſueuit. Mirum eſt ꝙ homo poſſit vnꝗ̄ pfecte letari in hac vita q ſuū exilium ⁊ tā multa pericula anime ſue conſiderat ⁊ penſat. Propter leuitatem cordis ⁊ negligentiam defectuū noſtrorum nō ſentimus anime noſtre dolores.

ſed ſepe vane ridemus quando merito flere de-
beremus. Non eſt vera libertas nec bona leti-
tia niſi in timore dei cum bona conſcientia. Fe-
lix qui abiicere poteſt omne impedimentum di-
ſtractionis ⁊ ad vnionem ſe redigere ſancte cō-
punctionis. Felix qui a ſe abdicat quicquid cō-
ſcientiam ſuam maculare poteſt vel grauare.
Certa viriliter: conſuetudo conſuetudine vinci-
tur. Si tu ſcis homines dimittere: ipſi te dimit-
tent tua facta facere. non attrahas tibi res ali-
orum nec te implices cauſis maioꝝ. Habe ſem-
per oculum ſuper te primū ⁊ admoneas te ipm̄
ſpecialiter pre omnibus tibi dilectis. Si nō ha-
bes fauorem hominū noli ex hoc triſtari: ſꝫ hoc
ſit tibi graue quia non habes te ſatis bene ⁊ cir-
cūſpecte ſicut deceret dei ſeruum ⁊ deuotum re-
ligioſum cōuerſari. Utilius eſt ſepe ⁊ ſecurius
ꝙ homo non habeat multas conſolationes in
hac vita ſecundum carnem precipue tamen ꝙ
diuinas non habemus aut rarius ſentimꝰ nos
in culpa ſumus quia compunctionem cordis
nō querimꝰ nec vanas ⁊ externas oīo abiicimꝰ.
Cognoſce te indignū diuina ꝯſolatione ſed ma-
gis dignū multa tribulatiōe. Qn̄ homo ꝑfecte

eſt cōpunctus: tunc grauis ⁊ amarus eſt ei to
tus mundus. Bonus hō ſufficientē inuenit ma
teriam dolendi ⁊ flendi. Siue enim ſe conſide
rat ſiue proximo penſat ſcit quia nemo ſine
tribulatione hic viuit. Et quando ſtrictius
ſeſe cōſiderat: tanto amplius dolet. Materie iu
ſti doloris ⁊ interne cōpunctionis ſunt pecca
ta ⁊ vitia noſtra: quibus ita inuoluti iacemus
vt raro celeſtia cōtemplari valeamus. Si fre
quentius de morte tua ꝙ̄ de longitudine vite
tue cogitares nō dubiū quin feruētius te emē
dares. Si etiā futuras inferni ſiue purgatorii
penas cordialialiter ꝑpenderes. credo ꝙ liben
ter laborē ⁊ dolorem ſuſtineres ⁊ nihil rigoris
formidares. Sed qꝛ ad cor iſta nō tranſeunt et
blandimenta adhuc amamus ideo frigidi et
valde pigri remanemus. Sepe eſt inopia ſpiri
tus vnde tam leuiter conqueritur miſerū corpus
Ora igitur humiliter ad dominum vt det tibi
cōpunctionis ſpūm ⁊ dic cū propheta. Ciba me
dn̄e pane lachrimarū: ⁊ potū da mihi in lachri
mis in menſura.

¶ De conſideratione humane miſerie. Ca. xxii

Miſer es vbicunq̃ fueris ⁊ quocunq̃ te verteris: niſi ad deū te cōuertas. Quid turbaris qꝛ non ſuccedit tibi ſicut vis ⁊ deſideras. Quis eſt qui habet oīa ſm̄ ſuā voluntatē? Nec ego nec tu: nec aliquis hominum ſuper terram. Nemo eſt in mundo ſine aliqua tribulatione vel anguſtia quāuis rex ſit vel papa. Quis ē qui melius habet? vtiq̃ q pro deo aliquid pati valet. Dicūt multi imbeciles ⁊ infirmi. Ecce q̃ bonā vitā ille hō hʒ: q̃ diues: quā potens quam excelſus quā magnus ⁊ q̃ pulcher. Sed attende ad celeſtia bona ⁊ videbis ꝙ omnia iſta temporalia nulla ſunt: ſed valde incerta ⁊ magis grauantia: qꝛ nunq̃ ſine ſollicitudine ⁊ timore poſſident̄. Non eſt hoīs felicitas habere tēporalia ad habundantiam: ſed ſufficit ei mediocritas. Uere miſeria ē viuere ſuꝑ terrā quanto hō voluerit eſſe ſpiritualior: tanto preſens vita fit ei amarior: quia ſentit melius ⁊ videt clarius humane corruptionis defectus. Nam comedere bibere vigilare dormire quieſcere laborare ⁊ ceteris neceſſitatibus nature ſubiacere: vere magna miſeria ē ⁊ afflictio homini deuoto: qui libenter eſſet ab

ſolutus ⁊ liber ab omni peccato. Ualde enim
grauatur interior homo neceſſitatibus corpo-
ralibus in hoc mundo. Unde propheta deuote
rogat quatenus liber ab iſtis eſſe valeat dicēs
De neceſſitatibꝰ meis erue me dn̄e. Sed ve nō
cognoſcentibus ſuam miſeriam: ⁊ amplius de
illis qui diligunt hanc miſeram ⁊ corruptibilē
vitā. Nā intantū q̄daʒ hāc amplectunt̄: lʒ etiā
vix neceſſaria laborando aut meditando habe
ant: vt ſi hic poſſent ſemꝑ viuere de regno dei
nihil curarent. O inſani ⁊ infideles corde q̄ tā
profunde in terris iacent vt nil niſi carnalia ſa
piant. ſed miſeri ad hec in fine grauiter ſentiēt
q̄ʒ vile ⁊ nihilum erat qd̄ amauerūt. Sācti autē
dei ⁊ oēs deuoti amici xp̄i nō attenderūt q̄ car
ni placuerūt: nec que in hoc tempore floruerūt
ſed tota ſpes eoꝝ ⁊ intentio ad eterna bona an
helebat. ferrebat̄ totū deſideriū eoꝝ ad menſu-
rā ⁊ inuiſibilia ne amore viſibiliū traherentur
ad infima. Noli frater amittere cōfidentiā pro
ficiendi ad ſpiritualia. adhuc habes tempus et
horam. Quare vis procraſtinare propoſitum
tuum? Surge ⁊ in inſtanti incipe ⁊ dic: Nunc

tempus eſt faciendi. Nunc tempus eſt pugnan
di. Nunc tempus aptum eſt emendandi. Quan
do male habes ⁊ tribularis: tunc tempus eſt
promerendi. Oportet te tranſire per ignem et
aquam antequam venias in refrigerium. Niſi
tibi vim feceris: vitium non ſuperabis. Quam
diu iſtud fragile corpus gerimus ſine peccato
eſſe non poſſumus: nec ſine tedio et dolore vi
uere. libenter haberemus ab omni miſeria quie
tem: ſed quia per peccatum perdidimus inno
centiam: amiſimus etiam veram beatitudinem
Ideo oportet nos tenere patientiam ⁊ dei expe
ctare miſericordiam donec tranſeat iniquitas
hec ⁊ mortalitas abſorbeatur a vita. O quanta
fragilitas humana que ſemper prona eſt ad vi
tia. hodie confiteris peccata tua: ⁊ cras iterum
perpetras confeſſa. Nunc proponis cauere: et
poſt horam agis quaſi nihil propoſuiſſes. Me
rito ergo nos ipſos humiliare poſſumus: nec
vnquam aliquid magni de nobis ſentire: quia
tam fragiles ⁊ inſtabiles ſumus. Cito etiã põt
perdi ꝑ negligẽtiã qđ multo labore vix tandẽ
acquiſitum eſt per gratiam. Quid fiet de nobis
adhuc in fine: qui tepeſcimus iam mane. Ue

nobis ſi ſic volumus declinare ad quietē: quaſi iam pax ſit ⁊ ſecuritas cū necdū appareat veſtigium vere ſanctitatis in noſtra cōuerſatione. Bene opus eſſet ꝙ adhuc iterū inſtitueremur tanꝗ̄ boni nouicii ad mores optimos ſi forte ſpes eſſet de aliqua futura emendatione ⁊ maiori ſpirituali profectu.

¶ De meditatione mortis. Cap. xxiii.

Ualde cito erit tecū hoc factū. Uide aliter qūo te habeas: hodie hō eſt: ⁊ cras nō cōparet. Cuꝫ aūt ſublatus fuerit ab oculis cito etiam trāſit a mente. O hebetudo ⁊ duritia cordis humani ꝙ ſolū p̄ſentia meditat: ⁊ futura non magis preuidet. Sic te in omni facto ⁊ cogitatu deberes tenere quaſi ſtatim eſſes mortuus. Si bonā cōſcientiā haberes: nō multū mortē timeres Melius eſſet peccata cauere ꝙ̄ mortē fugere Si hodie non es paratus qūo cras eris? Cras eſt dies incerta: ⁊ quid ſcis ſi craſtinū habebis? Quid ꝓdeſt diu viuere: qn̄ tam parū emendamur? Ab longa vita nō ſemper emendat: ſed ſepe culpā magis auget. Utinā per vnā diem bene eſſemus conuerſati in hoc mundo. Multi annos cōputans

cōuerſionis ſed ſepe paruus eſt fructus emēda
tionis. Si formidoloſum eſt mori forſitan peri
culoſius eſt diutius viuere. Beatus qui horam
mortis ſue ſemꝑ ante oculos habet ⁊ ad moriē-
dū quotidie ſe diſponit. Si vidiſti aliq̄n hoīem
mori cogita quia ⁊ tu eandem viam tranſibis.
Cum mane fuerit puta te ad veſperum non per
uenturum. Veſpere autem facto mane non au-
deas tibi polliceri. Semper ergo paratus eſto:
⁊ taliter viue vt nunq̄ te imparatum mors in-
ueniat. Multi ſubito ⁊ improuiſe moriunt̄: nā
hora qua nō putatur filius hominis venturus
eſt. Quando illa extrema hora venerit multū
aliter ſentire incipies de tota vita tua preteri
ta: ⁊ valde dolebis ꝙ tā negligens ⁊ remiſſus
fuiſti. O q̄ felix ⁊ prudēs qui talis nunc nitit̄
eſſe in vita qualis optat inueniri in morte. Da
bit nanq; magnam confidentiam feliciter mo-
riendi perfectus contemptus mundi: feruēs de
ſiderium in virtutibus proficiendi: amor diſci-
pline: labor penitentie: promptitudo obediētie
abnegatio ſui: ⁊ ſupportatio cuiuſlibet aduerſi
tatis pro amore xp̄i. Multa bona potes operari
dum ſanus es: ſed infirmatus neſcio quid poteris

Pauci ex infirmitate emendant̄. ſic ⁊ q̄ multum peregrinant̄ raro ſcificant̄. Noli ꝯfidere ſuper amicos ⁊ ꝓxios: nec ī futurᷓ ſalutē tuā differas qꝛ citi⁹ obliuiſcent̄ tui hoīes q̄ꝫ eſtimas. Meli⁹ ē nūc tēpeſtiue ꝓuidere ⁊ aliq̄d boni p̄mittere q̄ꝫ ſup alioꝝ auxilio ſperare. Si nō es ꝑ te ipſo ſollicit⁹ mō: quis erit ꝑ te ſollicit⁹ in futuro. Nūc tp̄s eſt valde p̄cioſū: ſed ꝓhdolor qꝫ illud inutili⁹ expēdis ī quo ꝓmereri vales vn̄ eternalr̄ viuas. Ueniet qn̄ vnū diē ſeu horā ꝑ emēdatōe deſiderabis ⁊ neſcio an īpetrabis. Eya cariſſīe de quāto periculo te poteris liberare: de q̄ꝫ magno timore eripere ſi mō ſemꝑ timorat⁹ fueris ⁊ de morte ſuſpect⁹. Stude nūc taliter viuere vt in hora mortis valeas poti⁹ gaudere q̄ꝫ timere. Diſce nūc mori mūdo vt tūc incipias viuere cū xp̄o. Diſce nūc oīa ꝯtēnere vt tūc poſſis libere ad xp̄m pergere. Caſtiga nūc corp⁹ tuū ꝑ penitentiā vt tūc valeas certā hr̄e ꝯfidētiā. Ah ſtulte q̄d cogitas te diu victurū cū nullū diē hēas ſecurū. Quā multi decepti ſunt ⁊ inſperate de corꝑe extracti. Quotiēs audiſti a dicētibus: qꝛ ille gladine cecidit: ille ſubmerſus eſt: ille ab alto ruēs ceruicē fregit. ille mādu cādo obriguit:

Me ludēdo finē fecit: ali⁹ igne ali⁹ ferro ali⁹ pe
ſte ⁊ ali⁹ latrocinio periit. ⁊ ſic oīuz finis mors
ē: ⁊ vita hoīuz tāq̄ȝ vmbra ſubito ptrāſit. qs me
morabit᷑ tui poſt mortē: ⁊ qs orabit ꝓ te? Age
age nūc cariſſime qcq̄d agere potes: qꝛ neſcis
qn̄ morieris: neſcis ēt q̄d tibi poſt mortē ſequet᷑
Dū tp̄s hēs ꝯgrega tibi diuitias īmortales. pre
ter ſalutē tuā nihil cogites: ſolū q̄ dei ſūt cures
Fac nūc tibi amicos venerando dei ſctōs ⁊ eoꝝ
act⁹ imitando: vt cū defeceris in hac vita illi te
recipiāt in eterna tabernacula. Serua te tanq̄ȝ
peregrinū ⁊ hoſpitē ſuꝑ terrā: ad quē nihil ſpe/
ctat de mūdi negociis. Serua cor liberum ⁊ ad
deū ſurſum erectū: qꝛ nō habes hic manentē ci/
uitatē. Illuc preces ⁊ gemit⁹ quotidianos cū la
chrymis dirige vt ſpiritus tuus mereatur poſt
mortē ad dn̄m feliciter tranſire. Amen.

¶ De iudicio ⁊ penis peccatoꝝ. Cap. xxiiii.

IN omnibus rebus reſpice finem: ⁊ quali/
ter ante diſtrictum iudicem ſtabis: cui ni
hil eſt occultum: qui muneribus non pla
catur: nec excuſationes recipit: ſed quod iuſtuȝ
eſt iudicabit. O miſerrime ⁊ inſipiens peccator
quid reſpondebis deo omnia mala tua ſcienti:

qui interdum formidas vultum hominis irati
vt quid non preuides ibi in die iudicii quando
nemo poterit per alium excuſari vel defendi: ſz
vnuſquiſq; ſufficiens onus erit ſibi ipſi. Nunc
labor tuus eſt fructuoſus: fletus acceptabilis:
gemitus exaudibilis: dolor ſatiſfactoriꝰ ⁊ pur-
gatiuus. Habet magnum ⁊ ſalubre purgatoriū
patiens homo qui ſuſcipiens iniurias plus do
let de alterius malitia q̄ȝ de ſua iniuria. pro cō
trariantibus ſibi libēter orat ⁊ ex corde culpas
indulget qui veniam ab aliis petere non retar
dat: qui facilius miſeretur q̄ȝ iraſcitur: qui ſibi
ipſi violentiam frequenter facit ⁊ carnem ſuam
omnino ſpiritui ſubiugare conatur. Meliꝰ eſt
modo purgare peccata ⁊ vitia reſecare q̄ȝ in fu-
turo purganda reſeruare. Vere noſipſos deci-
pimus per inordinatum amorem quem ad car-
nez habemus. Quid aliud ille ignis deuorabit
niſi peccata tua. Quanto amplius tibi ipſi nūc
parcis ⁊ carnem ſequeris tanto durius poſtea
lues ⁊ maiorem materiam comburēdi reſeruas
In quibus homo peccauit ⁊ illis grauius puni
etur. Ibi accidioſi ardentibus ſtimulis purgen
tur: ⁊ guloſi ingenti fame ac ſiti cruciabuntur

Ibi luxurioſi ⁊ voluptatum amatores ardēti pi
ce ⁊ fetido ſulphure perfundentur. Et ſicut fu/
rioſi canes pre dolore inuidioſi vlulabunt. Nul
lum vitium erit quod ſuum propriū cruciatum
non habebit. Ibi ſuperbi omni cōfuſione reple
buntur. ⁊ auari miſerrima egeſtate artabuntur
Ibi erit vna hora grauior in pena ꝙ hic centū
anni in amariſſima penitētia. Ibi nulla requi/
es eſt ⁊ nulla conſolatio damnatis. Hic tamen
interdum ceſſatur a laboribus atqꝫ amicoꝝ fru
itur ſolatijs. Eſto modo ſollicitus ⁊ dolens ꝑ
peccatis tuis vt in die iudicii ſis ſecurus cū be/
atis. Tunc enim iuſti ſtabunt in magna ꝯſtan
tia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt ⁊ de/
preſſerunt. Tunc ſtabit ad iudicandum q mo/
do ſe ſubijcit humiliter iudiciis hominū. Tunc
magnam fiduciam habebit pauper ⁊ humilis ⁊
pauebit vndiqꝫ ſuperbus. Tunc videbitur ſapi
ens in hoc mūdo fuiſſe qui pro xp̄o didicit ſtul
tus ⁊ deſpectus eſſe. Tunc placebit omnis tri/
bulatio patienter perpeſſa: ⁊ omnis iniquitas
oppilabit os ſuum. Tunc gaudebit omnis de
uotus ⁊ merebit omnis religioſus. Tunc plus
exultabit caro afflicta ꝙ ſi in delitijs fuiſſet

ſemꝑ nutrita·Tũc ſplẽdebit habitus vilis:ꝛ ob
tenebreſcet veſtis ſubtilis·Tũc pl⁹ laudabitur
pauꝑculũ domiciliũ q̄ȝ deauratũ palatiũ·Tũc
pl⁹ iuuabit ꝯſtãs patiẽtia q̄ȝ oïs mũdi potẽtia·
Tunc amplius exaltabit̄ ſimplex obediẽtia q̄ȝ
oïs ſecularis aſtutia·Tunc pl⁹ letificabit pura
ꝛ bona ꝯſciẽtia q̄ȝ docta pħia Tunc plus pon/
derabit contẽptus diuitiaꝝ q̄ȝ totus theſaurus
terrigenaꝝ.Tunc magis conſolaberis ſuꝑ de/
uota orõne q̄ȝ ſuꝑ delicata comeſtiõe·Tũc po/
tius gaudebis de ſeruato ſilentio q̄ȝ de lõga fa
bulatione· Tunc plus valebũt ſancta opera q̄ȝ
multa pulchra verba·Tunc plus placebit ſtri/
cta vita ꝛ ardua penitẽtia q̄ȝ oïs delectatio ter
rena·Diſce nunc in modico pati vt tunc a gra/
uioꝛib⁹ valeas liberari · Hic pꝛimo pꝛoba quid
poſſis pati poſtea·Si nunc tam paꝝ non potes
ſuſtinere:quõ poteris tunc eterna toꝛmẽta ſuf
ferre·Si modo modica paſſio tam impatienteȝ
efficit:quid gehenna tunc faciet! Ecce vere nõ
potes duo gaudia habere:delectari hoc in mun
do:ꝛ poſtea regnare ĩ celo cũ xp̃o·Si vſq̄ȝ in ho
diernũ diẽ ſemꝑ ĩ honoꝛib⁹ ꝛ voluptatib⁹ vixiſ
ſes:q̄d totũ tibi ꝓfuiſſꝫ ſi iam in inſtanti moꝛi

contingeret. Oīa ergo vanitas p̄ter amare deū ⁊ illi ſoli ſeruire. Qui enim deum ex toto coꝛde amat nec moꝛtē nec ſuppliciū nec iudicium nec infernū metuit: q2 perfectus amoꝛ ſecurū acceſſum ad deum facit. Quē aūt adhuc peccare delectat nō mirum ſi moꝛtem ⁊ iudiciū timeat. Bonum tamē eſt vt ſi nedum amoꝛ a malo te reuocet: ſaltē timoꝛ gehēnalis coerceat. Qui vero timoꝛem dei poſtponit: diu ſtare in bono non valebit: ſed diaboli laqueos citiꝰ incurret.

¶ De feruēti emēdatōe totiꝰ vite nr̄e. Cap. xxv.

ESto vigilans ⁊ diligens in dei ſeruitio ⁊ cogita frequenter ad quid veniſti: et cur ſeculum reliquiſti. Nōne vt deo viueres ⁊ ſpiritualis homo fieres? igitur ad perfectum ferueas: quia mercedem laboꝛum tuoꝝ ī breui recipies: nec erit tunc ampliꝰ timoꝛ aut doloꝛ in finibꝰ tuis. Modicū nūc laboꝛabis et magnā requiem īmo perpetuā letitiam inuenies. Si tu permanſeris fidelis ⁊ feruidus ī agendo deus pꝛoculdubio erit fidelis ⁊ locuples in retribuendo. Spem bonam retinere debes ꝙ ad palam peruenies. Sed ſecuritatem capere non opoꝛtet: ne aut toꝛpeas aut elatus fias.

Cum enim quidam anxius inter metum ⁊ ſpem frequenter fluctuaret ⁊ quadã vice merore confectus in eccleſia ante quoddam altare ſe ĩ oratione proſtrauiſſet: hec inter ſe reuoluit dicens O ſi ſcirem ꝙ adhuc perſeueraturus eſſem. ſtatimqꝫ audiuit intus diuinum reſponſum. quid ſi hoc ſcires facere velles? Fac nunc quod tunc facere velles ⁊ bene ſecurus eris. Moxqꝫ conſolatus ⁊ confortatus diuine ſe cõmiſit volũtati ⁊ ceſſauit anxia fluctuatio: noluitqꝫ curioſe inueſtigare vt ſciret que ſibi eſſent futura: ſed magis ſtuduit inquirere que eſſet voluntas dei bene placens ⁊ perfecta ad omne opus bonum inchoandum ⁊ perficiendum. Spera in domino ⁊ fac bonitatem ait propheta ⁊ inhabita terram ⁊ paſceris in diuitiis eius. Unũ eſt quod multos a profectu ⁊ feruenti emendatione retrahit horror difficultatis ſeu labor certamĩs. Enimuero illi maxime pre aliis in virtutibus proficiunt qui ea q̃ ſibi magis grauia ⁊ cõtraria ſunt viribus vincere nituntur. Nam ibi homo plus proficit ⁊ gratiam meretur ampliorem vbi magis ſeipſum vincit ⁊ in ſpiritu mortificat. Sed non omnes habent eque multum ad vincendũ

⁊ moriendum. Diligens tamen emulator valen
tior erit ad proficiendum etiam ſi plures hēat
paſſiones q̄ alius bene morigeratus minus ta
men feruens ad virtutes. Duo tamen ſpeciali-
ter ad magnam emendationem iuuant. videlȝ
ſubtrahre ſe violenter ad quod natura vitioſe
inclinatur ⁊ feruēter inſtare pro bono quo am
plius quis indiget. Illa etiam ſtudeas magis
cauere ⁊ vincere que tibi frequentius in aliis
diſplicent. Ubiqȝ profectum tuum capias vt ſi
bona exempla videas vel audias ad imitandū
accendaris. Si quid autem reprehenſibile con-
ſideraueris caue ne idem facias. aut ſi aliquan
do feciſti citius emēdare te ſtudeas. Sicut ocu
lus tuus alios conſiderat ſic iteruȝ ab aliis no
taris. Quā iocūdū ⁊ dulce eſt videre feruidos
⁊ deuotos fratres bene morigeratos ⁊ diſcipli
natos. Quā triſte eſt ⁊ graue videre inordina-
te ambulantes qui ea ad que vocati ſunt nō ex
ercent. Quā nociuum eſt negligere vocationis
ſue propoſitum ⁊ ad non commiſſa ſenſu incli-
nare. Memor eſto arrepti propoſiti ⁊ imagineȝ
tibi propone crucifixi. Bene verecundari potes
inſpecta vita Ieſu chriſti: quia nec dum magis

illi te cōformare ſtuduiſti lȝ diu ī via dei fuiſti·
Religioſus qui ſe intente ꝛ deuote in ſanctiſſi
ma vita ꝛ paſſiōe dñi exercet:oīa vtilia ꝛ neceſ
ſaria ſibi abundāter ibi inueniet:nec opus ē vt
extra ieſum aliqd meli⁹ querat· O ſi ieſus cruci
fixus in coꝛ nr̄m veniret ꝙcito ꝛ ſufficiēter do/
cti eſſem⁹· Religioſus feruid⁹ oīa bene poꝛtat
ꝛ capit que illi iubentur· Religioſus negligens
ꝛ tepidus hēt tribulationē ſup tribulationem ꝛ
ex omni parte patitur anguſtiā:qꝛ interioꝛi cō
ſolatione caret ꝛ exterioꝛem querere ꝓhibetur·
Religioſus extra diſciplinā viuēs graui ruine
patet· Qui laxioꝛa querit ꝛ remiſſioꝛa ſemper ī
anguſtiis erit:qꝛ aut vnum aut reliquum ſibi
diſplicebit· Quomodo faciūt tam multi alii re
ligioſi qui ſatis arti ſūt ſub diſcipliā clauſtrali
Raro exeunt:abſtracte viuunt:paupꝛime come
dunt:groſſe veſtiuntur:multum laboꝛant:paꝝ
loquūtur:diu vigilant:mature ſurgunt:oꝛatio
nes pꝛolongant:frequenter legunt:ꝛ ſe ī omni
diſciplina cuſtodiūt. Attende carthuſienſes:ci/
ſtercienſes : ꝛ diuerſe religionis monachos ac
moniales:qualiter omni nocte ad pſallendum
domino aſſurgunt· Et ideo turpe eſt vt tu dei

heres in tam sancto opere pigritare vbi tanta multitudo religiosorum incipit deo iubilare. O si nihil aliud faciendum incumberet nisi dominum deum nostrum toto corde ⁊ ore laudare O si nunq̄ȝ indigeres comedere nec bibere nec dormire: ſed ſemper poſſes deum laudare ⁊ ſolūmodo ſpiritualibus ſtudiis vacare: tunc multo felicior eſſes: q̄ȝ modo cum carni ex qualicunqȝ neceſſitate ſeruis. Utinam nō eſſent iſte neceſſitates: ſed ſolummodo ſpirituales anime refectiones: quas heu ſatis raro deguſtamus. Quando homo ad hoc peruenit q̄ de nulla creatura conſolationem ſuam querit: tunc ei deus primo perfecte ſapere incipit: tunc etiam bene contentus de omni euentu rerum erit: tunc nec pro magno letabitur: nec pro modico contriſtabitur: ſed ponit ſe integre ⁊ fiducialiter in deo qui eſt ei omnia in omnibus: cui nihil vtiqȝ perit nec moritur: ſed omnia ei viuunt ⁊ ad nutum incunctanter deſeruiūt: Memento ſemper finis: ⁊ quia perditum non redit tempus. Sine ſolicitudine ⁊ diligentia nunq̄ȝ acquires virtutes. Si incipis tepeſcere: incipies male habere. Si autem dederis te ad feruorē: inuenies

magnam pacem ⁊ ſenties leuiorem laborem ꝓ pter dei gratiam ⁊ virtutis amorem· Homo feruidus ⁊ diligens ad omnia eſt paratus· Maior labor eſt reſiſtere vitiis ⁊ paſſionibus ꝙ̄ corporalibus inſudare laboribus · Qui paruos non vitat defectus: paulatim labitur ad maiores· Gaudebis ſemper veſpere ſi diem expendas fructuoſe· Vigila ſuper teipſum: excita te ipſum: admone teipſum: ⁊ quicquid de aliis ſit non negligas teipſum· Tantū proficies quantū tibi ipſi vim intuleris·

Explicit liber primus·

Incipit liber ſecundus·

¶ De interna conuerſatione Cap. i.

REgnū dei citra vos eſt dicit dominus · Conuerte ex toto corde tuo ad dominū ⁊ relinque hunc miſerum mundū ⁊ inueniet anima tua requiem· Diſce exteriora contemnere ⁊ ad interiora te dare ⁊ videbis re-

gnum dei in te venire. Eſt enim regnuꝫ dei pax ⁊ gaudium in ſpiritu ſancto quod non datur impiis. Veniet ad te chriſtus oſtendens tibi cõſolationem ſuam ſi dignam illi ab intus para/ueris manſionem. Omnis gloria eius ⁊ decor ab intra eſt: ⁊ ibi complacet ſibi. Frequens illi viſitatio cum homine interno: dulcis ſermoci/natio: grata cõſolatio: multa pax: familiaritas ſtupenda nimis. Eya aĩa fidelis prepara huic ſponſo cor tuum quatenus ad te venire ⁊ in te habitare dignetur. Sic enim dicit: Si quis dili/git me ſermonem meum ſeruabit ⁊ ad eum ve/niemus ⁊ manſionem apud eum faciemus. Da ergo chriſto locum ⁊ ceteris omnibus nega in/troitum. Cum chriſtuꝫ habueris diues es ⁊ ſuf/ficit tibi. Ipſe erit prouiſor tuus ⁊ fidelis procu/rator in omnibus vt non ſit opus tibi in homi/nibus ſperare. homines enim cito mutantur et deficiunt velociter: xp̃s aũt manet ineternum: ⁊ aſtat vſqꝫ in finem firmiter. Non eſt magna fiducia ponenda in homine fragili et mortali etiaꝫ ſi vtilis ſit ⁊ dilectus: neqꝫ triſtitia multa capienda ex hoc ſi interdum aduerſetur ⁊ con/tradicat. Qui hodie tecum ſunt cras ꝯtrariari

poſſunt:⁊ ecōuerſo ſepe vt aura vertuntur·Po
ne totā fiduciā tuā in dn̄o:⁊ ſit ipſe timoꝛ tuus
⁊ amoꝛ tuus·Ipſe pꝛo te reſpondebit ⁊ faciet be
ne ſicut meli⁹ fuerit·Non habes hic manentem
ciuitatem:⁊ vbicunq̧ fueris extraneus es ⁊ pe/
regrinus:nec requiem aliquando habebis niſi
xp̄o intime fueris vnit⁹·Quid hic circunſpicis
cū iſte nō ſit loc⁹ tue reqſitiōis? In celeſtibus
dēt eſſe habitatio tua:⁊ ſicut in tranſitu cuncta
terrena ſunt aſpiciēda·trāſeunt oīa:⁊ tu cū eis
pariter·Vide vt non inhereas:ne capiaris ⁊ pe
reas:Apud altiſſimū ſit cogitatio tua ⁊ depꝛe/
catio tua ad xp̄m ſine intermiſſiōe dirigat̄·Si
neſcis alta ſpeculari ⁊ celeſtia:reqeſce ī paſſiōe
xp̄i:⁊ ī ſacris vulnerib⁹ ei⁹ libēter habita·Si·n·
ad vulnera ⁊ p̄cioſa ſtigmata ieſu deuote cōfu/
gis:magnā in tribulatiōe confoꝛtationē ſenti/
es:nec multum curabis hominū deſpectiones:
faciliterq̧ verba detrahentium perferes·Chꝛi/
ſtus fuit etiam in mundo ab hominibus deſpe
ctus:⁊ in maxima neceſſitate a notis ⁊ amicis
inter oppꝛobꝛia derelict⁹·xp̄s pati voluit ⁊ de/
ſpici:⁊ tu audes de aliquo conqueri? Chꝛiſtus
habuit aduerſarios ⁊ oblocutoꝛes:⁊ tu vis oēs

habere amicos ⁊ benefactores! Unde coronabi
tur patientia tua ſi nil aduerſitatis occurrerit!
Si nihil contrariū vis pati: quō eris amic⁹ xp̄i
Suſtine te cum xp̄o ⁊ pro xp̄o ſi vis regnare cū
xp̄o. Si ſemel perfecte introiſſes in interiora ie
ſu ⁊ modicum de ardente eius amore ſapuiſſes
tunc de proprio commodo vel incommodo ni-
hil curares: ſed magis de opprobrio illato gau-
deres: quia amor ieſu facit hominē ſeipſum con
temnere. Amator ieſu ⁊ verus internus ⁊ liber
ab affectionibus inordinatis poteſt ſe ad deum
libere conuertere ⁊ eleuare ſe ſupra ſeipſum in
ſpiritu: ac fruitiue quieſcere. Cui ſapiūt omnia
prout ſunt non vt dicuntur aut eſtimātur. Ho-
mo vere ſapiens eſt ⁊ doctus magis a deo q̄ȝ ab
hominibus qui ab intra ſcit ambulare ⁊ modi-
cum res ab extra ponderare non requirit loca
nec tempora expectat ad habenda deuota exer-
citia. Homo internus cito ſe recolligit: q: nūq̄ȝ
ſe totum ad exteriora effundit. Nō illi obeſt la-
bor exterior aut occupatio ad temp⁹ neceſſaria
ſed ſicut res eueniunt ſic ſe illis accommodat.
Qui intus bene diſpoſitus eſt ⁊ ordinatus non
curat mirabiles ⁊ peruerſos hominum geſtus.

Tantum homo impeditur ꝛ diſtrahitur quan-
tum ſibi res attrahit. Si recte tibi eſſet ꝛ bene
purgatus eſſes omnia tibi in bonum cederent
ꝛ profectum. Ideo multa tibi diſplicent et ſepe
conturbãt: quia adhuc non es tibiipſi perfecte
mortu⁹ nec ſegregat⁹ ab omnib⁹ terrenis. Ni-
hil ſic maculat ꝛ implicat cor hominis ſicut pu-
rus amor in creaturis. Si renuis conſolari ex-
teri⁹ poteris ſpeculari celeſtia ꝛ frequenter in-
teri⁹ iubilare.

De hũili ſubmiſſiõe ſub p̄lati regimĩe. Ca: ij.

Non magnipendas quis pro te vel cõtra
te ſit: ſed hoc age ꝛ cura vt deus tecum
ſit in omni re quam facis. Habeas con
ſcientiam bonam ꝛ de⁹ bene te defenſabit. quē
enim adiuuare voluerit nulli⁹ peruerſitas no
cere poterit. Si tu ſcis tacere ꝛ pati videbis pro
culdubio domini auxiliũ. Ipſe nouit tempus ꝛ
modũ liberãdi te: ꝛ ideo debes te illi reſignare
Dei eſt adiuuare ꝛ ab omni cõfuſione liberare.
Sepe valde prodeſt ad maiorem humilitatē cõ
ſeruandam: q̄ defect⁹ noſtros alij ſciũt ꝛ redar
guũt. Qñ homo pro defectib⁹ ſuis ſe humiliat:
tũc faciliter alios placat ꝛ leuiter ſatiſfacit ſibi

iraſcentibus. Humilem deus protegit ⁊ liberat humilem diligit ⁊ conſolatur: humili homini ſe inclinat: humili largitur gratiam magnam: ⁊ poſt ſuam depreſſionem leuat ad gloriam. humili ſua ſecreta reuelat: ⁊ ad ſe dulciter trahit ⁊ inuitat. Humilis accepta contumelia ⁊ confuſione ſatis bene eſt in pace: q2 ſtat in deo ⁊ nõ in mundo. Non reputes te aliquid profeciſſe: niſi omnibus inferiorem te eſſe ſentias.

¶ De bono pacifico homine Cap. iii.

Pone te primo in pace: ⁊ tunc alios poteris pacificare. Homo pacificus plus ꝓdeſt q̃3 bene doct9. Homo paſſionatus etiam bonum in malum trahit: ⁊ faciliter malũ credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonũ cõuertit. Qui bene in pace eſt de nullo ſuſpicat̃ qui aũt male cõtentus eſt ⁊ cõmotus variis ſuſpitionibus agitatur: nec ipſe quieſcit nec alios quieſcere permittit. Dicit ſepe quod non dicere deberet: ⁊ omittit qđ ſepe ſibi mag' facere expediret. Conſiderat qđ alii facere tenẽtur: ⁊ negligit quod ipſe facere tenetur. Habe ergo primuz zelum ſuper temetipſum: tũc zelare poteris etiã proximũ tuũ. Tu benefacta tua ſcis excuſare ⁊

tolerare: ⁊ alioꝝ nō vis recipere excuſationes. Juſtius eſſꝫ vt te accuſares ⁊ fratrē tuū excuſares. Si poꝛtari vis: poꝛta ⁊ aliū. Vide ꝙ͂ lōge es adhuc a vera caritate ⁊ hūilitate q̄ nulli nouit indignari vel iraſci niſi tm̄ ſibiipſi. Nō eſt magnū cū bonis ⁊ māſuetis ꝯuerſari. hoc enim oībus naturaliter placet ⁊ vnuſquiſqꝫ libenter pacem habet ⁊ ſecū ſentiētes magis diligit. Sꝫ cū duris ⁊ ꝑuerſis ⁊ indiſciplinatis aut nobis contrariantibus pacifice poſſe viuere: magna gratia eſt ⁊ laudabile nimis virileqꝫ factū. Sꝫ ſunt qui ſeipſos in pace tenent ⁊ cū aliis etiā pacem habent. Et ſunt q̄ nec pacē hn̄t nec alios ī pace dimittunt. Aliis ſunt graues: ſed ſibi ſunt grauioꝛes. Et ſunt qui ſeipſos in pace retinēt ⁊ ad pacē alios reducere ſtudent: ⁊ tn̄ tota pax nr̄a ī hac miſera vita potiꝰ ī hūili ſufferētia ponēda eſt ꝙ͂ in nō ſentiēdo cōtraria. Qui meliꝰ ſcit pati: pacē tenebit maioꝛē. Jſte eſt victoꝛ ſui ⁊ dn̄s mundi: amicus xp̄i ⁊ heres celi.

¶ De pura mēte ⁊ ſimplici intentiōe. Cap. iiii.

DUabus alis homo ſubleuatur a terrenis ſimplicitate ſcilicet ⁊ puritate. Simplicitas debet eſſe ī intentione. puritas in

affectione. Simplicitas intendit deum. puri-
tas apprehēdit ꝛ guſtat. Nulla bona actio te im
pediet ſi liber intus ab omni inordiato affectu
fueris. Si nihil aliud ꝙ̄ dei beneplacitum ꝛ p-
ximi vtilitatem intendis ꝛ queris interna liber
tate fueris. Si rectum cor tuum eſſet tunc om-
nis creatura ſpeculum vite ꝛ liber ſancte doctri
ne eſſet. Nō eſt creatura tam parua ꝛ vilis que
bonitatem dei non repreſentet. Si tu eſſes int⁹
bonus purus tunc omnia ſine impedimento vi
deres ꝛ caperes bene. Cor purum penetrat celū
ꝛ infernuꝫ. Qualis vnuſquiſqꝫ intus eſt taliter
iudicat exterius. Si eſt gaudiū in mundo: hoc
vtiqꝫ poſſidet puri cordis homo. Et ſi eſt alicu-
bi tribulatio ꝛ anguſtia: hoc melius nouit ma-
la conſcientia. Sicut ferrum miſſum in ignem
amittit rubiginem ꝛ totum candens efficitur:
ſic hō ad deum ſe integre conuertens a torpore
exuitur: ꝛ in nouum hominem tranſmutatur.
Quando homo incipit tepeſcere: tunc paruum
metuit laborem ꝛ libenter externam accipit cō
ſolationē. Sed qñ perfecte incipit ſe vincere ꝛ
viriliter in via dei ambulare: tunc minus ea re
putat que ſibi pri⁹ grauia eſſe ſentiebat.

¶De propria conſideratione. Cap.v.

N On poſſumus nobiſipſis nimis credere
qꝛ ſepe nobis gr̃a deeſt ꝛ ſenſus. Modi-
cum lumen eſt in nobis: ꝛ hoc cito per
negligentiã amittimus. Sepe etiã nõ aduerti-
mus ꝙ tam ceci intꝰ ſumus. Sepe male agimꝰ
ꝛ peius excuſamus: ꝛ paſſiõe interdũ mouemur
ꝛ celum putamus. Parua in aliis reprehẽdimꝰ
ꝛ nr̃a maiora ꝑtranſimus. Satis cito ſentimus
ꝛ ponderamꝰ qđ ab aliis ſuſtinemus: ſꝫ quãtũ
alii a nobis ſuſtinẽt nõ aduertimus. Qui bene
ꝛ recte ſua ponderaret: non eſſet quod de alio
grauiter iudicaret. Internus homo ſuiipſius
curam oĩbus curis anteponit. ꝛ qui ſibiipſi dili-
genter intendit faciliter de aliis tacet. Nunꝙ̃
eris internus ꝛ deuotus niſi de alienis ſilueris
ꝛ ad teipſuꝫ ſpecialiter reſpexeris. Si tibi ꝛ deo
totaliter intendis modicũ te mouebit qđ foris
percipis. Ubi es qñ tibiipſi pñs nõ es. qñ oĩa ꝑ-
curriſti quid te neglecto ꝓfeciſti? Si debes ha-
bere pacem ꝛ vnionem verã: oportet ꝙ totũ ad-
huc poſtponas: ꝛ te ſolum pre oculis habeas.
Multum proinde proficies ſi te feriatum ab oĩ
temporali cura conſerues. Valde deficies ſi ali-

quid temporale reputaueris. Nil altum: nil magnũ nil gratum nil acceptum tibi ſit niſi pure deus aut q̃d de deo ſit. Totum vanũ eſtima q̃c quid conſolatiõis occurrit de aliqua creatura. Amans deum anima ſub deo deſpicit vniuerſa Solus deus eternus ⁊ imenſus implẽs omnia ſolatium eſt anime ⁊ vera cordis letitia.

¶ De letitia bone conſcientie. Cap. vi.

Gloria boni hominis teſtimonium bone conſcientie eſt. Habe bonam conſcientiam ⁊ ſemper habebis letitiam. Bona cõſcientia valde multa poteſt portare ⁊ valde leta eſt inter aduerſa. Mala conſcientia ſemp timida eſt ⁊ inquieta. Suauiter requieſces ſi te cor tuum non reprehenderit. Noli letari niſi cũ benefeceris. Mali nunq̃ȝ habent veram letitiam: nec internã ſentiunt pacẽ: q2 nõ eſt pax impiis dicit dominus. Et ſi dixerit: in pace ſumus nõ veniẽt ſuper nos mala ⁊ quis nobis nocere audebit? Ne credas eis qm̃ repẽte exurget ira dei ⁊ in nihilum redigentur actus eoꝝ ⁊ cogitationes eoꝝ peribunt. Gloriari in tribulatione nõ eſt graue amãti. ſic enim gloria eſt in cruce dñi gloriari. Breuis gloria que ab omnibus datᷣ et

accipitur· Mundi gloriaꝫ ſemper comitatur tri
ſtitia· Bonoꝝ gloria in conſcientiis eoꝝ ⁊ non
in ore hominū· Juſtoꝝ letitia de deo ⁊ in deo ē:
⁊ gaudium eoꝝ de veritate· Qui veram ⁊ eter-
nam gloriam deſiderat: temporalem non curat
Et qui temporalem querit gloriam aut non ex
animo contemnit: minus amare cōuincitur ce-
leſtem· Magnam habet cordis tranquillitatem
qui nec laudes curat nec vituperia· Facile erit
cōtentus ⁊ pactus cujus conſcientia mūda eſt·
Non es ſanctior ſi lauderis nec vilior ſi vitupe
reris. Qđ es hoc es: nec maior dici vales ꝙ̄ deo
teſte ſis· Si attendis qđ apud te ſis intus: non
curabis qđ de te loquat̄ homo foris· Homo vi
det in facie: deus autem in corde· Hō cōſiderat
actus: deus penſat intentiones· Bene ſemꝑ age
re ⁊ modicū de ſe tenere humilis aīe indiciū eſt
Nolle conſolari ab aliqua creatura magne pu-
ritatis ⁊ interne fiducie indicium eſt· Qui nul
lum extrinſecus pro ſe teſtimonium querit: li-
quet ꝙ ſe deo totaliter commiſit· Non enꝫ qui
ſeipſum commendat ille probatus eſt ait beat⁹
Paulus: ſed quem deus cōmendat· Ambulare
cum deo intus nec aliqua affectione teneri fo-

ris: ſtatus eſt interni hominis.

¶De amore Jeſu ſuper omnia. Cap. vii.

BEatus qui intelligit quid ſit amare ieſū ꝛ ꝯtemnere ſeipſum propter ieſum. Oportet dilectum pro dilecto relinquere: quia ieſus vult ſolus ſuper omnia amari. Dilectio creature fallax et inſtabilis: dilectio ieſu fidelis ꝛ perſeuerabilis. Qui adheret creature: cadet cum labili. Qui amplectitur ieſum firmabitur in eum. Illum dilige ꝛ amicum tene tibi qui omnibus recedentibus te non derelinquet nec patietur in fine perire. Ab hominibus oportet te aliquando ſeparari ſiue velis ſiue nolis. Teneas te apud ieſum viuens ꝛ moriens: et illius fidelitati te committe qui omnibus deficientibus ſolus poteſt te iuuare. Dilectus tuus talis eſt nature: vt alienum non velit admittere: ſed ſolus vult cor tuum habere: et tanquam rex in proprio throno ſedere. Si ſcires te bene ab omni creatura euacuare Jeſus deberet libenter tecum habitare. Pene totum perditum inuenies: quicquid extra Jeſum in hominibus fragilibus poſueris. Non confidas nec innitaris ſuper calamum ventoſum: quia

omnis caro ſenum: ⁊ omnis gloria eius vt flos
ſeni cadet. Cito decipieris ſi ad externā hoīum
apparentiā tm̄ aſpexeris. Si enim tuū in aliis
queris ſolatium ⁊ lucrum: ſenties ſepe detrimē
tū. Si queris in omnibus ieſum inuenies vtiqꝫ
ieſum. Si aūt queris teipſum inuenies etiam te
ipſum ſed ad tuam perniciem. Plus enim homo
nociuior ſibi ſi ieſum non querit q̄ꝫ totus mun
dus ⁊ omnes ſui aduerſarii.

¶ De familiari amicitia Jeſu. Cap. viii.

Quando ieſus adeſt totum bonuz eſt. nec
quicq̄ꝫ difficile videtur. Qn̄ vero ieſus
nō adeſt totum durum eſt. Qn̄ ieſus in
tus non loquitur conſolatio vilis eſt. Si autez
ieſus vnū verbum loquitur tm̄: magna conſola
tio ſentitur. Nonne Maria magdalena ſtatim
ſurrexit de loco in quo fleuit qn̄ Martha illi di
xit Magiſter adeſt ⁊ vocat te. Felix hora qn̄ ie
ſus vocat de lachrymis ad gaudium ſpiritus.
Quā aridus ⁊ durus es ſine ieſu. Quā inſipiēs
⁊ vanus ſi cupis aliquid extra ieſum. Nōne hoc
eſt maius damnū q̄ꝫ ſi totum perderes mundū.
Quid pōt mundus conferre ſine ieſu. Eſſe ſine
ieſu grauis eſt infernus: ⁊ eſſe cum ieſu dulcis

eſt paradiſus. Si fuerit tecum ieſus nullus po-
terit nocere inimicus. Qui inuenit ieſum inue-
nit theſaurum bonū: imo bonū ſuper omne bo-
num. Et qui perdit ieſum perdit nimis multū
⁊ plus ꝙ̄ totum mundū. Pauprimus eſt qui vi-
uit ſine ieſu. Ditiſſimus qui bene eſt cum ieſu.
Magna ars eſt ſcire cōuerſari cum ieſu: ⁊ ſcire
ieſum tenere magna prudentia. Eſto humilis ⁊
pacificus ⁊ erit tecum ieſus. Sis deuotus ⁊ qui
etus ⁊ permanebit tecum ieſus. Potes cito fu-
gare ieſum ⁊ gratiā eius perdere ſi volueris ad
exteriora declinare. Et ſi illum effugaueris ⁊ ꝑ
dideris ad quē tunc fugies? ⁊ quē tunc queres
amicū. Sine amico nō potes diu viuere. ⁊ ſi ie-
ſus non fuerit tibi pre omnibus amicus. eris ni
mis triſtis ⁊ deſolatus. Fatue igitur agis ſi in
aliquo altero confidis ⁊ letaris. Eligendū eſt
magis totū mundum habere cōtrariū ꝙ̄ ieſum
offenſum. Ex oībus ergo caris ſit ieſus dilectꝰ
ſpecialis. Diligant̄ oēs propter ieſum: ieſus au
tem propter ſeipſum. Solus ieſus xp̄s ſingula-
riter eſt amandus qui ſolus bonus ⁊ fidelis in
uenitur pre amicis oībus. Propter ip̄m ⁊ in ip̄o
tam amici ꝙ̄ inimici tibi ſint cari: ⁊ pro oībus

exorandus eſt vt omnes ipſum cognoſcant ꝛ di
ligant. Nunq̄ cupias ſingul'r laudari ꝛ amari:
qꝛ hoc ſolius dei eſt q ſimilē ſibi nō habet. Nec
velis ꝙ aliq̄s in corde ſuo tecū occupet̄: neq̄ tu
cū alicuius occuperis amore: ſꝫ ſit ieſus in te et
in oī bono hoīe. Eſto pur⁹ ꝛ liber ab intus ſine
alicui⁹ creature iplicam̄to. Oꝫ te eē nudū: ꝛ pu
rū cor ad ieſū gerere ſi vis vacare ꝛ videre q̄ ſua
uis eſt dn̄s. Et reuera ad hoc non ꝑuenies niſi
gratia ei⁹ fueris ꝑuentus ꝛ intractus vt omni-
bus euacuatis ꝛ licētiatis ſol⁹ cū ſolo vniaris.
Qn̄.n. grā dei venit ad hoīem tūc potēs ſit ad
oīa. ꝛ qn̄ recedit tūc paup ꝛ infirm⁹ erit ꝛ quaſi
tm̄ ad flagella relict⁹. In his non debes deiici
nec deſperare ſꝫ ad voluntatē dei equanimiter
ſtare: ꝛ cūcta ſupuenientia tibi ad laudē ieſu xp̄i
perpeti: qꝛ poſt hyemē ſequit̄ eſtas: poſt noctē
redit dies: ꝛ poſt tēpeſtatē ſerenitas magna.

## ¶De carentia omnis ſolatii. Cap. ix.

NOn eſt graue humanū ꝯtēnere ſolatiuꝫ
cum adeſt diuinum. Magnum eſt ꝛ val
de graue tam humano q̄ diuino poſſe
carere ſolatio: ꝛ pro honore dei libenter exiliuꝫ
cordis velle ſuſtinere: ꝛ in nullo ſeipſum que-

rere nec ad proprium meritum reſpicere. Quid
magni es: ſi hilaris ſis ⁊ deuotus adueniente
gratia optabilis cunctis hec hora. Satis ſuaui
ter equitate quem gratia dei portat. Et quid
mirum ſi onus non ſentit qui portatur ab im-
potente ⁊ ducitur a ſummo ductore. Libenter
habemus aliquid pro ſolatio: et difficulter ho-
mo exuitur a ſeipſo. Uicit ſanctus martyr Lau
rentius ſeculum cum ſuo ſacerdote: quia omne
quod in mundo delectabile videbatur deſpexit
⁊ dei ſummi ſacerdotem Sixtum quem maxime
diligebat pro amore chriſti etiam a ſe tolli cle-
menter ferebat. Amore igitur creatoris amo-
rem hominis ſuperauit: ⁊ pro humano ſolatio
diuinum beneplacitum magis elegit. Ita et tu
aliquem neceſſarium ⁊ dilectum amicum pro
amore dei diſce relinquere. Nec grauiter feras
cum ab amico derelictus fueris: ſciens quoniã
oportet nos omnes tandem abinuicẽ ſeparari.
Multũ ⁊ diu oportet hoiẽ in ſeipſo certare an-
teꝗ̃ diſcat ſeipm̃ plene ſupare: ⁊ totũ affectũ ſu
um plene in deũ trahere. Qñ hõ ſtat ſup ſeipſo
facile labitur ad conſolationes humanas. Sed
ver? xp̃i amator ⁊ ſtudioſ? ſectator virtutũ nõ

cadit ſuper illas conſolatiões nec querit tales ſenſibiles dulcedines ſed magis fortes exercitationes & pro xpo duros ſuſtinere labores. Cum igitur ſpiritualis conſolatio a deo datur: cum gratiarum actione accipe eam. ſed dei mun⁹ intellige eſſe non tuũ meritũ & noli extolli. Noli nimiũ gaudere nec inaniter preſumere. ſed eſto magis humilior ex dono: cautior quoq; & timoratior in cunctis actibus tuis: qm̃ tranſibit hora illa & ſequetur tentatio. Cũ ablata fuerit conſolatio non ſtatim deſperes ſed cuz humilitate & patientia expecta celeſtem viſitationem quia potens eſt deus ampliorem tibi redonare grãm & conſolationem. Jſtud non eſt nouũ: nec alienam vitam dei expertis: qz in magnis ſanctis & in antiquis prophetis fuit talis ſepe alternationis modus. Unde quidam preſente iam gratia dicebat: Ego dixi in abundantia mea non mouebor ineternũ. Abſente aũt gratia quid in ſe fuerit expertus adiungit dicẽs: Auertiſti faciẽ tuã a me & factus ſum conturbatus. Jnter hec tamen nequaquã deſperat: ſed inſtantius dñm rogat & dicit: Ad te domine clamabo: & ad deuz meum deprecabor. Deniq; orationis ſue fructũ

reportat ⁊ ſe exauditū teſtatur dicens: Audiuit
dn̄s ⁊ miſertus eſt mei: dn̄s factus eſt adiutor
meus. Sed in quo? Conuertiſti inq̄t planctum
meum in gaudiū mihi ⁊ circūdediſti me leticia.
Et ſi ſic actum eſt cum magnis ſanctis: non eſt
deſperandum nobis infirmis ⁊ pauperib⁹ ſi in-
terdum in frigiditate ⁊ interdū in feruore ſum⁹
qm̄ ſpūs venit ⁊ recedit ſm̄ ſue voluntatis bene
placitū. vnde beatus Job ait: Viſitas eum dilu
culo ⁊ ſubito probas illum. Super quid igitur
ſperare poſſum aut in quo confidere debeo niſi
in ſola magna miſericordia dei ⁊ in ſola ſpe gra
tie celeſtis. Siue eniꝫ adſint homines boni ſiue
deuoti fratres ⁊ amici fideles ſiue libri ſancti
vel tractat⁹ pulchri ſiue dulcis cantus ⁊ hymni
oīa hec modicū iuuāt ⁊ modicū ſapiunt qn̄ de-
ſertus ſum a gratia ⁊ in propria pauptate reli-
ctus. Tunc non eſt meli⁹ remedium q̄ȝ patien-
tia ⁊ abnegatio mei in voluntate dei: Nunq̄ȝ in
ueni aliquem religioſum qui non habuerit in-
terdum gratie ſubtractionem aut non ſenſerit
feruoris diminutionē. Null⁹ ſanctus fuit vnq̄ȝ
tam alte rapt⁹ ⁊ illuminat⁹ qui pri⁹ vel poſtea
nō fuit tentatus. Non enim dign⁹ eſt alta dei

contēplatione qui pro deo non eſt exercitatus
aliqua tribulatione. Solet enim ſequentis con
ſolationis tentatio precedens eſſe ſignum. nam
tentationibus probatis celeſtis promittit̃ con
ſolatio. Qui vicerit inquit dabo ei edere de li-
gno vite. Dat̃ etiā conſolatio diuina vt hō for
tior ſit ad ſuſtinēdū aduerſa. Sequit̃ etiā tenta
tio ne ſe eleuet de bono. Non dormit diabolus
nec caro adhuc mortua eſt. ideo non ceſſes pre
parare te ad certamen qꝛ a dextris ꝛ a ſiniſtris
ſunt hoſtes qui nunꝙ quieſcunt.

## ¶ De gratitudine ꝑ grā dei Cap x.

Quid queris quietem cum nat⁹ ſis ad la-
borem? Pone te ad patientiā magis ꝙ
ad ꝯſolationē: ꝛ ad crucē portandā ma-
gis ꝙ ad letitiā. Quis. n. ſecularių nō libenter
ꝯſolationē ꝛ letitiā ſpiritualē accipet ſi ſemper
obtinere poſſet. Excedūt enim ſpūales ꝯſolatio
nes oēs mūdi delitias ꝛ carnis voluptates. Nā
oēs delitie mundane aut turpes ſunt aut vane
Spūales vͦo delitie ſole iocūde ꝛ honeſte ex vir
tutib⁹ progenite ꝛ a deo puris infuſe mentib⁹.
Sed iſtis diuinis conſolationibus nemo ſemꝑ
pro ſuo affectu frui valet: qꝛ tp̄s tentationis

nō diu ceſſat. Multū contrariatur ſupne viſita
tioni falſa libertas animi ꝛ magna confidentia
ſui. Deꝰ bene facit ꝯſolatiōis grām dando: ſed
hō male agit nō totū deo cū grāꝝ actiōe retri-
buendo. Et ideo nō pñt in nobis dona grē flue
re: qꝛ ingrati ſumꝰ auctoꝛi: nec totū refundimꝰ
fontali oꝛigini. Semper enim debetur gratia di
gne gratias referenti. auferetur ab elato quod
dari ſolet humili. Nolo ꝯſolationē que mihi au
fert ꝯpunctionē: nec affecto contemplationē q̄
ducit in elationem. Non enim omne altum ſan
ctū nec omne deſideriū purū: nec oīe dulce bo
num nec omne carum gratum deo. Libenter ac
cepto gratiam vnde humilioꝛ ꝛ timoꝛatioꝛ in
ueniar: atqꝫ ad relinquendum me paratioꝛ fiā.
Doctus dono gratie ꝛ eruditus ſubtractionis
verbere nō ſibi audebit quicqꝫ boni attribuere:
ſed potius ſe paperem ꝛ nudum confitebitur.
Da deo quicquid dei eſt: ꝛ tibi aſcribe qđ tuum
eſt. hoc eſt deo gratias ꝓ gratia tribue: tibi aūt
ſoli culpam: ꝛ dignam penam pꝛo culpa deberi
ſentias. Pone te ſemper ad infimum et dabitur
tibi ſummum: nam ſummum non ſtat ſine infi
mo. Summi ſancti apud deū minimi ſunt apđ

ſe: ⁊ quãto glorioſiores tanto in ſe humiliores
pleni veritate ⁊ gloria celeſti: non vane glorie
cupidi. Jn deo fundati ⁊ confirmati nullo mo-
do poſſunt eſſe elati. ⁊ qui deo totum aſcribunt
quicquid boni acceperunt: gloriam abinuicem
non querunt ſed gloriam que a ſolo deo eſt vo-
lunt: ⁊ deum in ſe ⁊ in omnibus ſanctis laudari
ſuper omnia cupiunt ⁊ ſemper in idipſum ten-
dunt: Eſto igitur gratus in minimo ⁊ eris di-
gnus maiora accipere. Sit tibi minimũ etiã ꝓ
maximo: ⁊ magis contẽptibile ꝓ ſpeciali dono
Si dignitas datoris inſpicitur nullũ datũ par
uũ aut munus vile videbitur. Non enim paruũ
eſt qđ a ſummo deo donatur: etiam ſi penas et
verbera donauerit gratũ eſſe debet: qꝛ ſemꝑ pro
ſalute noſtra facit quicqđ nobis aduenire per-
mittit. Qui grãm dei retinere deſiderat ſit gra
tus pro gratia dei data: patiens ꝓ ſublata: oret
vt redeat: cautꝰ ſit ⁊ humilis ne amittat.

¶ De paucitate amatorꝝ crucis Jeſu. Cap. xi.

Habet Jeſus nunc multos amatores re-
gni ſui celeſtis: ſed paucos baiulatores
ſue crucis. Habꝫ multos deſideratores
ꝯſolationis: ſed paucos tribulationis. Plures

inuenit ſocios menſe: ſed paucos abſtinentie. Oēs volunt cum xp̄o gaudere: ſed pauci volūt pro ipſo aliquid ſuſtinere. Multi ſequuntur ie-ſum vſq; ad fractionem panis: ſed pauci ad bi-bendum calicem paſſionis. Multi miracula eiꝰ vulnerantur ſed pauci ignominiam crucis ſe-quuntur. Multi ieſum diligunt qꝫdiu aduerſa non contingunt. Multi illum laudant ꝛ bene-dicunt qꝫdiu conſolationes aliquas ab ipſo re-cipiunt. Si aūt ſe ieſus abſconderet ꝛ modicuꝫ eos relinqueret: aut in querimoniā aut in de-iectionem nimiā caderēt. Qui aūt ieſum ꝓpter ieſum ꝛ non ꝓpter ſuā aliquā conſolationē ꝓ-priā diligunt: ipſum in tribulatione ꝛ in angu ſtia cordis ſicut in ſumma conſolatiōe benedi-cunt. Et ſi nunqꝫ eis conſolationē dare vellet ipſum tn̄ ſemꝑ laudarent ꝛ ſemꝑ grās agere vel lent. O quantū pōt amor ieſu purus nullo pro prio cōmodo vel amore ꝑmixtus. Nōne omnes mercenarii ſunt dicendi qui conſolationes ſem per querunt. Nonne amatores ſui magis qꝫ xp̄i probantur qui ſua ꝯmoda vel lucra ſemper me ditātur. Ubi inuenietur talis qui velit deo ſer uire gratis? Raro inueniť tā ſpiritualis aliqs

quí omnibus ſit nudatus · Nam verum ſpiritu
pauperem ⁊ ab omni creatura nudū quis inue/
niet? Procul ⁊ de vltimis finibus precium eius
Si dederit homo omnem ſubſtantiam ſuā ad/
huc nihil eſt · ⁊ ſi fecerit penitentiam magnam
adhuc exiguū eſt: ⁊ ſi apprehēderit oēm ſciaꝫ ad
huc longe eſt · ⁊ ſi habuerit virtutē magnā ⁊ de/
uotionē nimis ardentē: adhuc multū ſibi deeſt
vnū ſcꝫ qđ ſibi ſūme neceſſariū eſt · Quid illud?
Ut oībus relictis ſe relinquat ⁊ a ſe totaliter ex
eat nihilqꝫ de priuato amore retineat · Cū oīa fe
cerit que faciēda nouerit nihil ſe feciſſe ſentiat
Non grāde ponderet ꝙ grādis eſtimari poſſit:
ſed in veritate ſeruū inutilē ſe ꝓnūtiet: ſicut ve
ritas ait: Cū feceritis oīa q̄ precepta vobis ſunt
adhuc dicite quia ſerui inutiles ſum⁹ · Tūc ve/
ro pauꝑ ⁊ nud⁹ ſpū eē poterit ⁊ cū ꝓpħa dicere:
qꝛ vnicus ⁊ pauꝑ ſum ego · Nemo iſto ditior · ne
mo tñ liberior · nemo potentior illo qui ſcit ſe ⁊
oīa relinquere ⁊ ad infimū ſe ponere ·

¶ De regia via ſancte crucis Cap xii ·

Durus hic multis videt̃ ſermo · Abnega
temetipſum tolle crucem tuam ⁊ ſeque/
re ieſum · Sed multo durius erit audire

Illud extremū verbū: Diſcedite a me maledicti in ignē eternū. Qui enim nō libēter audiunt ⁊ ſequunt̄ verbū crucis: tūc nō timebūt ab auditione mala eterne dānatiōis. Hoc ſignū crucis erit in celo cū dn̄s ad iudicandū venerit. Tunc oēs ſerui crucis q̄ ſe crucifixo ꝯformauerūt ī vita ad xp̄m accedent iudicē cū magna fiducia. Quid igitur times tollere crucem per quā itur ad regnuz? In cruce ſalus: in cruce vita: ī cruce protectio ab hoſtibus: in cruce infuſio ſuperne ſuauitatis: in cruce robur mētis: in cruce gaudiū ſp̄us: ī cruce virt⁹ ſūma: ī cruce ꝑfectio ſanctitatis. Nō eſt ſal⁹ aīe nec ſpes eterne vite niſi in cruce. Tolle ergo crucē ⁊ ſeq̄re ieſum ⁊ ibis in vitā eternā. Preceſſit ille baiulans ſibi crucē ⁊ mortu⁹ eſt ꝑ te in cruce vt tu etiā portes crucē ⁊ mori affectes ī cruce: qꝛ ſi ꝯmortuus fueris etiā cū illo pariter viues. ⁊ ſi ſocius fueris pene ſocius eris ⁊ glorie. Ecce ī cruce totū ꝯſtat ⁊ in moriēdo totū iacꝫ: ⁊ nō eſt alia via ad vitā ⁊ ad verā internā pacē niſi via ſancte crucis ⁊ quotidiane mortificatōis. Ambula vbi vis: quere qd̄cūqꝫ volueris: ⁊ non inuenies altiorē viā ſupra nec ſecuriorē viā infra niſi viam ſancte crucis.

Diſpone ⁊ ordina omnia ſm tuū velle ⁊ videre
⁊ non inuenies niſi ſemꝑ aliqđ pati debere aut
ſponte aut inuite:⁊ ita crucem ſemper inuenies
Aut enim in corpore dolorem ſenties aut i ani
ma ſpiritus tribulationem ſuſtinebis· Interdū
a deo relinqueris:interdum a proximo exerci-
taberis:⁊ quod amplius eſt ſepe tibimetipſi gra-
uis eris:nec tñ aliquo remedio vel ſolatio libe-
rari ſeu alleuiari poteris:ſed donec deus volue
rit oportet ꝙ ſuſtineas·Uult enim deus vt tri
bulationem ſine conſolatione diſcas pati:et vt
illi totaliter te ſubiicias ⁊ humilior ex tribula-
tione fias.Nemo ita cordialiter ſentit paſſionē
xpi ſicut is cui contigerit ſimilia pati·Crux igi
tur ſemper parata eſt ⁊ vbiqꝫ te expectat·Nō po
tes effugere vbicunqꝫ cucurreris:qꝛ vbicūqꝫ ve
neris teipſum tecum portas ⁊ ſemꝑ teipſum in
uenies·Conuerte te ſupra:cōuerte te infra·con
uerte te extra ⁊ intra in his omnibus inuenies
crucem:⁊ neceſſe eſt te vbicunqꝫ tenere patien-
tiam ſi internam vis habere pacem ⁊ perpetuā
ꝓmereri coronā· Si libenter crucē portas por-
tabit te ⁊ deducet te ad deſideratum finē:vbi·ſ·
finis patiendi erit ꝗuis hic non erit·Si inuite

portas onus tibi facis ꝛ teipſuꝫ magis grauas ꝛ tñ oportet vt ſuſtineas. Si abiicias vnã crucẽ aliam proculdubio inuenies ꝛ forſitan grauiorem. Credis tu euadere qḋ nullus mortaliũ potuit. Quis ſanctoꝝ in mũdo ſine cruce ꝛ tribulatiõe fuit? Nec enim dñs nr̃ ieſus xp̃s vna hora ſine dolore paſſionis fuit ꝙdiu vixit. Oportebat aũt xp̃m pati ꝛ reſurgere a mortuis ꝛ ita intrare in gloriam ſuã. Et qũo tu aliam viam queris ꝙ hanc regiam viam que eſt via ſancte crucis. Tota vita xp̃i crux fuit ꝛ martyrium: ꝛ tu tibi queris requieꝫ ꝛ gaudium? Erras erras ſi aliud queris ꝙ pati tribulatiões: qꝛ tota iſta vita mortalis plena miſeriis ꝛ circũſignata crucibus. Et quanto altius quis in ſpiritu profecerit tanto grauiores cruces ſepe inueniet: qꝛ exilii ſui pena magis ex amore creſcit. Sed tñ iſte ſic multipliciter afflictus non eſt ſine leuamĩe conſolatiõis: qꝛ fructũ magnũ ſibi ſentit accreſcere ex ſufferẽtia ſue crucis. Nam dum ſponte illi ſe ſubiicit: omne onus tribulationis in fiduciam diuine conſolatiõis cõuertitur. Et quãto caro magis per tribulationẽ atterit̃ tanto amplius ſpiritus per internã ꝯſolationẽ roborat̃.

Et nonnunqꝫ intantum confoꝛtatur ex affectu
tribulationis ⁊ aduerſitatis ob amoꝛem confoꝛ
mitatis crucis xp̄i vt nõ ſine doloꝛe ⁊ tribulati
one eſſe vellet:quoniaꝫ tanto ſe acceptioꝛē deo
credit quanto plura ⁊ grauioꝛa pꝛo eo perferre
poterit.Nõ eſt illud virtus hoīs ſed gratia xp̄i
que tanta pōt ⁊ agit in carne fragili vt qḋ na-
turaliter ſemper abhoꝛret ⁊ fugit : hoc feruoꝛe
ſpūs aggrediatur ⁊ diligat.Non eſt ſm hoīem
crucem poꝛtare:crucem amare:coꝛpꝰ caſtigare
⁊ ſeruituti ſubiicere:honoꝛes fugere:contume-
liā libenter ſuſtinere:ſeipſum deſpicere ⁊ deſpi-
ci optare:aduerſa queqꝫ cū damnis perpeti ⁊ ni-
hil pꝛoſperitatis in hoc mundo deſiderare. Si
ad teipſum reſpicis nihil huiuſmodi ex te pote-
ris. ſed ſi in dn̄o cōfidis dabitur tibi foꝛtitudo
de celo ⁊ ſubiicietur ditioni tue mundus ⁊ caro
Sed nec inimicū diabolum timebis ſi fueris fi-
de armatus ⁊ Jeſu cruce ſignatus. Pone ergo
te ſicut fidelis ⁊ bonus ſeruus xp̄i ad poꝛtandā
viriliter crucē dn̄i tui pꝛo te ex amoꝛe crucifixi.
Pꝛepara te ad toleranda multa aduerſa ⁊ varia
incōmoda in hac miſera vita:quia ſic tecū erit
vbicunqꝫ fueris:⁊ ſic reuera eum inuenies vbi-

cunq̃ latueris. Oportet te ita eſſe ⁊ non eſt re-
mediū euadēdi a tribulatiōe maloꝝ ⁊ dolore q̄ꝫ
vt te patiaris. Calicem domini affectanter bibe
ſi amicus eius eſſe ⁊ partem cum eo habere deſi
deras. Conſolationes deo cōmitte: faciat ipſe
cum talibus ſicut ſibi magis placuerit. Tu xpo
pone te ad ſuſtinendū tribulationes: ⁊ reputa
eas maximas cōſolationes: quia non ſunt con
digne paſſiones huius tempoꝛis ad futurā glo
riam que reuelabitur in nobis promerendam:
etiam ſi ſolus omnes poſſes ſuſtinere. Quādo
ad hoc veneris q̄ tribulatio tibi dulcis eſt ⁊ ſa-
pit pro xp̄o: tunc bene tecum eſſe eſtima: quia
inueniſti paradiſum in terra. Quādiu pati tibi
graue eſt ⁊ fugere q̄ris: tādiu male hēbis ⁊ ſeq̄-
tur te vbiq̃ fuga tribulatōis. Si ponis te ad qḋ
eſſe debes videlꝫ ad patiendū ⁊ moꝛiēdū fiet ci
to melius ⁊ pacē inuenies. Etiā etſi raptus fue
ris in tertiū celum cū Paulo non es propterea
ſecurat⁹ de nullo cōtrario ſuſtinēdo. Ego inq̄t
ieſus oſtendā illi quāta opoꝛteat eum ꝓ nomīe
meo pati. Pati ergo tibi remanet ſi ieſum dilige
re ⁊ ꝑpetue illi ſeruire placꝫ. Utinā dign⁹ eſſes
pro nomine ieſu aliquid pati: q̄ꝫ magna gloꝛia

remaneret tibi:quāta exultatio oībus ſanctis
dei:quanta edificatio eſſet proximi. Nam pati-
entiā oēs recōmendant q̄uis pauci tn̄ pati ve-
lint. Merito deberes libenter modicum pati ꝑ
xp̄o:cū multi grauiora patiuntur pro mundo.
Scias pro certo qꝛ morientē te oportet ducere
vitam:ꝛ quanto plus quiſq̄ ſibi moritur tanto
deo magis viuere incipit. Nemo aptꝰ eſt ad cō
prehendendū celeſtia niſi ſe ſubmiſerit ad por
tandum pro xp̄o aduerſa. Nihil deo acceptius
nihil tibi ſalubrius in mundo iſto q̄ libēter pa
ti pro xp̄o. Et ſi eligendū tibi eſſet magis opta
re deberes pro xp̄o aduerſa pati q̄ multis cōſo
lationibus recreari:qꝛ xp̄o ſimilior eſſes ꝛ om-
nibus ſanctis eius magis cōformior. Non enim
ſtat meritum nr̄m ꝛ profectus ſtatus nr̄i ī mul
tis ſuauitatibus ꝛ conſolationibus ſed potius
in magnis grauitatibus ꝛ tribulationibus per
ferendis. Siquidem aliquid melius ꝛ vtilius ſa
luti hominū q̄ pati fuiſſet:chriſtus vtiq̄ verbo
ꝛ exemplo oſtendiſſet. Nam ꝛ ſequentes ſe diſci
pulos omneſq̄ eum ſequi cupientes manifeſte
ad crucē portandā hortatur ꝛ dicit: Si qs vult
venire poſt me abneget ſemetipſū ꝛ tollat cru

tem ſuam ⁊ ſequatur me. Omnibus ergo perle-
ctis ⁊ ſcrutatis ſic iſta finalis concluſio: Quo-
niam per multas tribulationes oportet nos in-
trare in regnum dei.

Explicit liber ſecundus.

Sequitur liber tertius.

De interna chriſti locutione ad animam fi-
delem Cap. i.

AUdiam quid loquatur in me dñs
deus. Beata aīa que dñm in ſe lo-
quentem audit ⁊ de ore eius ver-
bum conſolatiōis accipit. Beate
aures que venas diuini ſuſurrii
ſuſcipiunt ⁊ de mundi huius ſuſurrationibus
nihil aduertūt. Beate plane aures que nō vocē
foris ſonantem ſed interius auſcultant verita-
tem loquentem ⁊ docentem. Beati oculi qui ex-
terioribus clauſi: interioribus aūt ſunt intenti
Beati qui interna penetrant ⁊ ad capienda ar-
chana celeſtia magis ac magis per quotidiana
exercitia ſe ſtudent preparare. Beati qui deo va

care geſtiunt ⁊ ab omni impedimento ſeculi ſe excutiūt. Animaduerte hec o aīa mea ⁊ claude ſenſualitatis tue oſtia vt poſſis in te audire qđ loquat̄ dn̄s deus in te. Hec dicit dilectus tuus Salus tua ego ſum: pax tua. Serua te apud me ⁊ pacem inuenies. Dimitte oīa trāſitoria ⁊ q̄re eterna. Quid ſunt omnia temporalia niſi ſeductoria. Et quid iuuant oēs creature ſi fueris a creatore deſerta. Oībus ergo abdicatis creatori tuo te redde placidā ac fidelem vt veram valeas apprehendere beatitudinem.

¶ Qđ veritas intus loquitur ſine ſtrepitu verborum Cap. ii.

LOquere dn̄e quia audit ſeruꝰ tuus. Seruus tuus ego ſum: da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua. Inclina cor meum in verba oris tui: fluat vt ros eloquium tuū Dicebant olim filii iſrael ad moyſen: Loquere nobis tu ⁊ audiemus: nō loquat̄ nobis dn̄s ne forte moriamur. Nō ſic dn̄e nō ſic oro: ſꝫ magis cum Samuele propheta humiliter ac deſiderāter obſecro: Loquere dn̄e quia audit ſeruus tuus: nō loquatur mihi moyſes aut aliquis ex ꝓphetis: ſed potius tu loquere domine deus inſpi

rator ⁊ illuminator omniū prophetarum: quia tu ſolus ſine eis potes me pfecte imbuere: illi autē ſine te nihil proficient. Poſſunt quidem verba ſonare ſed ſpiritum non conferūt. pulcherrime dicunt ſed te tacente cor non accendunt. Lr̃as tradunt: ſed tu ſenſum aperis. Myſteria profe runt: ſed tu reſeras intellectum ſignatorum. Man data edicunt: ſed tu iuuas ad perficiendum. Ui am oſtendunt: ſed tu confortas ad ambulandū Illi foris tm̄ agunt: ſed tu corda inſtruis ⁊ illu minas. Illi exterius rigant: ſed tu fecunditatez donas. Illi clamāt verbis: ſed tu auditui intel ligentiā tribuis. Nō ergo loquat̃ mihi moyſes ſed tu domine deus meus eterna veritas ne for te moriar ⁊ ſine fructu efficiar. Si fuero tantuz foris admonitus ⁊ intus nō accenſus ne ſit mi hi ad iudiciuz verbū auditū ⁊ non factū cogni tum nec amatum creditum ⁊ non ſeruatuz. Lo quere igitur domine quia audit ſeruus tuus. Uerba enim vite eterne habes: loquere mihi ad qualemcunqꝫ anime mee conſolationem et ad totius vite mee emendationem: tibi autem ad gloriam ⁊ perpetuum honorem.

¶ Q̄ verba dei cum humilitate ſunt audienda
⁊ ꝙ multi ea non poderant Cap.iii.

Audi fili mi verba mea: verba ſuauiſſima
omnem phoꝝ ⁊ ſapientū huius mundi
ſcientiā excedentia. Verba mea ſpiritus
⁊ vita ſunt nec hūano ſenſu penſanda. Nō ſunt
ad vanam complacentiam trahenda ſed in ſilē
tio audienda: ⁊ cum omni humilitate atqꝫ affe
ctu magno ſuſcipienda. Et dixi: Beatus ē quē
tu erudieris dn̄e ⁊ de lege tua docueris eum: vt
mitiges ei a diebus malis ⁊ nō deſoletur in ter
ra. Ego inquit dominus docui prophetas ab
initio ⁊ vſqꝫ nunc non ceſſo omnibus loqui: ſꝫ
multi ad voceꝫ meam ſurdi ſunt ⁊ duri. Plures
mundū libentius audiunt qꝫ deum. facilius ſe
quuntur carnis ſue appetitum qꝫ dei beneplaci
tum. Promittit mundus temporalia ⁊ parua: et
ſeruitur ei auiditate magna. Ego ꝓmitto ſum
ma ⁊ eterna: ⁊ torpeſcūt mortaliū corda. Quis
tanta cura mihi non in oībus ſeruit ⁊ obedit: ſi
cut mundo ⁊ dominis eius ſeruitur? Erubeſce
ſydon ait mare. Et ſi cām queris audi quare ꝑ
modica prebenda longa via curritur: ⁊ pro eter
na vita vix a multis pes ſemel a terra leuatur.

Vile precium queritur: pro vno nummiſmate interdum turpiter litigat̃: ꝛ pro vana re ꝛ parua promiſſione die noctuq̨ fatigari nõ timet̃. Sed prochdolor pro bono incõmutabili: ꝑ precio ineſtimabili: pro ſummo honore ꝛ gloria interminabili: ad modicum fatigari pigritatur. Erubeſce ergo ſerue piger ꝛ queruloſe ꝙ illi paratiores inueniuntur ad perditionem ꝙ̃ tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatem ꝙ̃ tu ad veritatem. Equidem a ſpe ſua nonnunꝙ̃ fruſtrantur. ſed promiſſio mea neminem fallit nec confidentem mihi dimittit inanem. Quod promiſi dabo: quod dixi implebo. ſi tamen vſq̨ in finem fidelis in dilectione mea quis permãſerit. Ego remunerator ſū omniū bonoꝝ ꝛ fortis ꝓbator omniū deuotoꝝ. Scribe verba mea in corde tuo: ꝛ pertracta diligenter: erunt enim in tempore tentationis valde neceſſaria. Qđ non intelligis dum legis cognoſces in die viſitatiõis. Dupliciter ſoleo electos meos viſitare: tentatione ſcȝ ꝛ conſolatione. Et duas lectiones eis quotidie lego: vnam increpando eorū vitia: alteram exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea ꝛ ſpernit ea: habȝ

qui iudicet eum in nouiſſimo die.

¶ Oratio ad implorandum deuotionis gratiam Cap.iiii.

Domine deus me⁹ omnia bona tu es. Et quis ego ſum vt audeã ad te loqui. Ego ſum pauperrim⁹ ſeruulus tu⁹ ⁊ abiectus vermiculus multo pauperior ⁊ cõtemptibilior q̃ ſcio ⁊ dicere audeo. Memẽto tamen domine quia nihil ſum: nihil habeo: nihilq; valeo. Tu ſolus bonus iuſtus ⁊ ſanctus. tu omnia potes: omnia preſtas: omnia imples: ſolum peccatorẽ inanem relinquens. Reminiſcere miſerationuꝫ tuarum domine ⁊ imple cor meum gratia tua q̄ non vis vacua eſſe opera tua. Quomodo poſſum me tolerare in hac miſera vita niſi me confortauerit miſericordia ⁊ gratia tua. Noli auertere faciem tuam a me. noli viſitationẽ tuã prolongare. noli conſolationem tuam abſtrahere. ne fiat aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Domine doce me facere voluntatem tuam: doce me coram te digne ⁊ humiliter conuerſari: quia ſapientia mea tu es: qui veritate me cognoſcis: ⁊ cognouiſti anteq̃ fieret mũdus ⁊ anteq̃ nat⁹ eſſem in mundo.

¶Qꝰ in veritate ⁊ humilitate coꝛam deo cõuerſandum eſt Cap. v.

FIli ambula coꝛam me in veritate: ⁊ ſimplicitate coꝛdis tui quere me ſemper. Qui ambulat coꝛam me in veritate tutabitur ab incurſibus malis ⁊ veritas liberabit eum a ſeductoꝛibus: ⁊ a detractionibus iniquorum. Si veritas te liberauerit vere liber eris et non curabis de vanis hominũ verbis. Dñe verum eſt ſicut dicis: ita queſo mecum fiat. Veritas tua me doceat: ipſa me cuſtodiat: ⁊ vſq; ad ſalutarem finem me conducat. Ipſa me liberet ab omni affectione mala ⁊ inoꝛdinata dilectione: ⁊ ambulabo tecum in magna coꝛdis libertate. Ego te docebo ait veritas que recta ſũt ⁊ placita coꝛã me: cogita peccata tua cuz diſplicẽtia magna ⁊ meroꝛe: ⁊ nunq̃ reputes te aliq̃d eſſe propter opera bona. Reuera peccatoꝛ es ⁊ multis paſſionibus obnoxius ⁊ implicatus. Ex te ſemꝑ ad nihil tẽdis ⁊ cito laberis: cito vinceris cito turbaris cito diſſolueris. Non hẽbis q̃cq̃ vnde poſſis gloꝛiari ſed multa vnde te debes vilificare: q: multo infirmioꝛ es q̃ vales ꝯprehendere. Nihil ergo magnũ tibi videat̃ ex omnibꝰ

que agis:nihil grande:nihil precioſum ⁊ admi
rabile:nihil reputatione appareat dignū:nihil
altum : nihil vere laudabile ⁊ deſiderabile niſi
quod eternū eſt·Placeat tibi ſuper omnia eter
na veritas : diſpliceat tibi ſuper omnia vilitas
maxima tua·Nihil ſic timeas : nihil ſic vituperes
⁊ fugias ſicut vitia ⁊ peccata tua que magꝭ diſ
plicere debent ꝙ̄ quelibꝫ rerum damna·Quidā
nō ſincere coram me ambulant:ſed quadam cu
rioſitate ⁊ arrogantia ducti volūt ſecreta mea
ſcire ⁊ alta dei intelligere ſe ⁊ ſuam ſalutem ne
gligentes·Hi ſepe in magnas tentatiōes ⁊ pec
cata ꝑꝑ ſuā ſuꝑbiā ⁊ curioſitatē labunt̃·Time
iudicia dei:expaueſce iram omnipotētis · Noli
autem diſcutere opera altiſſimi : ſed tuas iniq
tates perſcrutare:in quātis deliquiſti:⁊ ꝙ̄ mul
ta bona neglexiſti·Quidam ſolum portāt ſuaꝫ
deuotionem in libris:⁊ quidam in imaginibus
quidam autem in ſignis exterioribus ⁊ figuris
Quidam habent me in ore:ſed modicum in cor
de· Sunt ⁊ alii qui intellectu illuminati ⁊ affe
ctu purgati ad eterna ſemper anhelant : de ter
renis grauiter audiunt:neceſſitatibus nature
dolenter inſeruiunt:⁊ hi ſentiūt quid veritatis

ſpiritus loquit̄ in eis qui docet eos terrena de-
ſpicere ⁊ amare celeſtia: mundū negligere ⁊ ce-
lum tota die ac nocte deſiderare.

¶De mirabili effectu diuini amatoꝝ. Cap. vi.

Benedico te pater celeſtis pater dn̄i mei
ieſu xp̄i q2 mei pauperis dignatus es re
cordari. O pater miſericordiaꝝ ⁊ deꝰ to-
tius conſolationis: gr̄as ago tibi qui me indi-
gnū omni conſolatione qn̄qꝫ tua recreas cōſo-
latiōe. Benedico te ſemper ⁊ glorifico cum vni
genito filio tuo ⁊ ſpiritusancto paraclito in ſe-
cula ſeculoꝝ. Eya dn̄e deus amator ſancte meꝰ
cum tu veneris in cor meum exultabūt oīa inte
riora mea. Tu es gloria mea ⁊ exultatio cordiſ
mei: tu ſpes mea ⁊ refugiū meū ī die tribulatio
nis mee. Sed q2 adhuc debilis ſum in amore et
imperfectus in virtute: ideo neceſſe habeo a te
confortari ⁊ cōſolari. propterea viſita me ſepiꝰ
⁊ inſtrue diſciplinis ſanctis. Libera me a paſſi
onibus malis ⁊ ſana cor meum ab omnibꝰ affe-
ctionibus inordinatis ⁊ vitiis vt intus ſanatꝰ
⁊ bene purgatꝰ aptus efficiar ad amandum: for
tis ad patiendum: ſtabilis ad perſeuerandum.
Magna res eſt amor: magnum omnino bonuꝫ

quod ſolum leue facit omne oneroſum: et fert
equaliter omne inequale. Nam onus ſine onere
portat: ⁊ omne amarũ dulce ac ſapidum efficit.
Amor ieſu nobilis ad magna operanda ĩpellit:
⁊ ad deſideranda ſemꝑ ꝑfectiora excitat. Amor
vult eſſe ſurſum nec vllis infimis rebꝰ retineri.
Amor vult eſſe liber ⁊ ab omni mundana affe-
ctione alienus: ne internus eius impediatᷣ aſpe
ctus: ne per aliquod ꝯmodum temporale impli
cationes ſuſtineat aut per incõmodum ſuccum
bat. Nihil dulcius eſt amore: nihil fortiꝰ: nihil
altius: nihil latius: nihil iocundius: nihil ple-
nius: nihil melius in celo ⁊ in terra. quia amor
a deo natus eſt: nec poteſt niſi in deo ſuper oĩa
creata requieſcere. Amans volat currit letatur
liber eſt ⁊ non tenetur: dat omnia pro omnibꝰ
⁊ habet omnia ĩ oĩbus: qꝛ in vno ſummo ſuꝑ
oĩa quieſcit: ex quo omne bonum fluit ⁊ proce-
cedit. Non reſpicit ad dona: ſed ad donantez ſe
conuertit ſuper omnia bona. Amor modũ ſemꝑ
neſcit: ſed ſuper omnem moduz feruescit: Amor
onus non ſentit: labores non reputat: plus affe
ctat ꝙ valet: de impoſſibilitate non cauſatᷣ: qꝛ
cuncta ſibi poſſe ⁊ licere arbitratur. Ualet igiᷣ

ad oīa ⁊ multa implet ⁊ effectui mancipat' vbi non amans deficit ⁊ iacet. Amor vigilat: ⁊ dormiens non dormitat: fatigatus non laſſatur: artatus non artatur: territus non conturbat̄. ſed ſicut viuax flamma ⁊ ardens facula ſurſum erumpit ſecureq́ȝ pertrāſit. Siquis amat nouit quid hec vox clamet. Magnus clamor in auribus dei eſt. ipſe ardens affect⁹ anime que dicit: Deus meus. amor meus. tu totus meus et ego tuus. Dilata me in amore vt diſcam interiora cordis ore deguſtare: q̄ȝſuaue ſit amare ⁊ ī amore liquefieri ⁊ natare. Tenear amore vadens ſupra me pre nimio feruore ⁊ ſtupore. Cantē amoris canticum: ſequar te dilectū meū in altū: deficiat in laude tua anima mea iubilās ex amore. Amem te pluſq̄ȝ me: nec me niſi ꝓpter te: ⁊ oēs in te qui vere amāt te ſicut iubet lex amoris lucent ex te. Eſt amor velox ſincerus pius iocundus ⁊ amenus fortis patiens fidelis prudēs lōganimis virilis ⁊ ſeipſum nunq̄ȝ querens. Ubi enī ſeip̄m aliq̄s q̄rit: ibi ⁊ amore cadit. eſt amor circūſpect⁹ hūilis ⁊ rect⁹: nō mollis non leuis nec vanis intēdēs reb⁹: ſobrius caſtus ſtabilis quietus ⁊ in cūctis ſenſib⁹ cuſtodit⁹. Eſt amor

ſubiectus ⁊ obediens prelatis:ſibi vilis ⁊ deſpe
ctus:deo deuotus ⁊ gratificatus:confidens et
ſemper ſperans in eo etiam cū ſibi non ſapit de
us quia ſine dolore nō viuit̃ in amore. Qui nō
eſt paratus oīa pati ⁊ ad volūtatē ſtare dilecti:
nō eſt dignus amator appellari. Oportet amā
tem oīa dura ⁊ amara ꝑꝑ dilectum libenter am
plecti:nec ob ꝯtraria accidētia ab eo deflecti.

¶De probatione veri amatoris. Cap.vii.

Fili nō es adhuc fortis ⁊ prudēs amator.
Quare dñe? Quia ꝓpter modicā cōtra-
rietatē deficis a ceptis:⁊ nimis auide cō
ſolationem queris. Fortis amator ſtat in tenta
tionibus:nec callidis credit perſuaſionib⁹ ini-
mici. Sicut in proſperis ei placeo:ita nec in ad
uerſis diſpliceo. Prudens amator non tā donū
amantis cōſiderat q̄ꝫ dantis amorem. Affectuꝫ
potius attendit q̄ꝫ cenſum:⁊ infra dilectum oīa
data ponit. Nobilis amator nō quieſcit ī dono
ſed in me ſuper omne donum. Nō eſt ideo totū
perditum ſi qñqꝫ minus bene de me vel ſanctis
meis ſentis q̄ꝫ velles. Affectus ille bon⁹ dulcis
quem interdum percipis. Affectus gratie pñtis
eſt ⁊ quidā preguſtus patrie celeſtis ſuper quo

non nimiū innitendū: qꝛ vadit ⁊ venit. Certare aūt aduerſus incidentes malos animi motus ſuggeſtionē qꝫ ſpernere diaboli: inſigne eſt vir/tutis ⁊ magni meriti. Non ergo te conturbent aliene fantaſie de quacūqꝫ materia ingeſte. Foꝛte ſerua ꝓpoſituꝫ ⁊ intentionem rectā ad deū Nec eſt illuſio ꝙ aliquando in exceſſum ſubito raperis ⁊ ſtatī ad ineptias ſolitas coꝛdis reuer teris. Illas enim inuite magis pateris ꝙ̄ agis ⁊ ꝙ̄diu diſplicent ⁊ reniteris: meritum eſt ⁊ nō perditio. Scito ꝙ antiquus inimicus omnino nitit̄ impedire deſideriū tuum in bono ⁊ ab oī deuoto exercitio euacuare: a ſcōꝝ .ſ. cultu: a pia paſſiōis mee mēoꝛia: a pctōꝝ vtili recoꝛdatiōe: a ꝓpꝛii coꝛdis cuſtodia: ⁊ a firmo ꝓpoſito ꝑ ficiendi in virtute. Multas malas cogitatiōes ingerit: vt tedium tibi faciat ⁊ hoꝛroꝛem: vt ab oꝛatione reuocet ⁊ ſacra lectione. Diſplicet ſibi humilis confeſſio: ⁊ ſi poſſet a ꝯmunione ceſſa re faceret. Non credas ei neqꝫ cures illum licet ſepius tibi deceptionis tetēderit laqueos. Sibi imputa cum mala ingerit ⁊ imunda. dicito illi Uade imunde ſpirit⁹: erubeſce miſer: valde im/mundus es tu qui talia infers auribus meis.

Diſcede a me seductoꝛ peſſime non habebis in me partem vllam: ſed ieſus mecū erit tanq̄ bellatoꝛ foꝛtis ⁊ tu ſtabis confuſus. Malo potius moꝛi ⁊ omnem penam ſubire q̄ tibi conſentire. Tace ⁊ obmuteſce non audiam te amplius licʒ mihi plures moliris moleſtias. Dn̄s illuminatio mea ⁊ ſalus mea quem timebo. Dominꝰ pꝛotectoꝛ vite mee a quo trepidabo. Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit coꝛ meū. Dn̄s adiutoꝛ meus ⁊ redemptoꝛ meus. Certa tanq̄ miles bonus. ⁊ ſi interdū ex fragilitate coꝛruis reſume vires foꝛtioꝛes pꝛioꝛibus: confidens de amplioꝛi gratia mea: ⁊ multum pꝛecaue a vana cōplacentia ⁊ ſuperbia. Propter hoc multi in erroꝛem ducuntur ⁊ in cecitatem pene incurabilē quandoq̄ labuntur. Sit tibi in cautelam ⁊ perpetuam humilitatem ruina hec ſuperboꝝ de ſe ſtulte pꝛeſumentium.

¶ De occultanda gratia ſub humilitatis cuſtodia Cap. viii.

Fili vtilius eſt tibi ⁊ ſecurius deuotionis gratiam abſcondere nec in altuʒ te efferre nec multum inde loqui neq̄ multum ponderare: ſed magis temetipſum deſpicere et

tanq̄ indigno datam timere. Non eſt huic affe-
ctioni tenacius inherendum que citius poteſt
mutari in contrarium. Cogita in gratia q̄ mi-
ſer ⁊ inops eſſe ſoles ſine gratia. Nec eſt ī eo tm̄
ſpiritualis vite profectus cū conſolationis ha-
bueris gratiam: ſed cum humiliter ⁊ abnegate
patienterq; tuleris eius ſubtractionez ita ꝙ tūc
ab oratiōis ſtudio nō torpeas: nec reliqua ope
ra tua ex vſu faciēda omnino dilabi permittas
ſed ſicut melius potueris ⁊ intellexeris libēter
quod in te fuerit facias: nec propter ariditatez
ſeu anxietatem mentis quam ſentis te totaliter
negligas. Multi enim ſunt qui cum non bn̄ eis
ſucceſſerit ſtatim impatientes fiūt aut deſides.
Non enim ſemper in poteſtate hominis via ei⁹:
ſed dei eſt dare ⁊ conſolari qn̄ vult ⁊ quantum
vult ⁊ cui vult ſicut ſibi placuerit ⁊ nō ampli⁹.
Quidam incauti ꝓpter deuotionis gratiam ſe
ipſos deſtruxerunt: qꝛ plus agere voluerunt q̄
potuerunt: non penſantes ſue paruitatis men-
ſuram: ſed magis cordis affectū ſequētes q̄ ra-
tionis iudicium. Et quia maiora preſumpſerūt
q̄ deo placitum fuit idcirco gratiā cito perdi-
derunt. Facti ſunt inopes et viles relicti qui

In celū poſuerunt nidum ſibi: vt humiliati ⁊ depauperati diſcant non in alis ſuis volare ſ3 ſub pēnis meis ſperare. Qui adhuc noui ſunt ⁊ imperiti in via dn̄i: niſi cōſilio diſcretoꝝ ſe regāt facilius decipi poſſunt ⁊ elidi. Qꝛ ſi ſuū ſentire magis ſequi q̄ȝ aliis exercitatis credere volunt erit eis periculoſus exitus. Si tn̄ retrahi a proprio cōceptu nō valuerint: Raro ſibiipſis ſapientes ab aliis regi humiliter patiunᷓ. Melius eſt modicum ſapere cum humilitate ⁊ parua intelligentia: q̄ȝ magni ſcientiaꝝ theſauri cum vana complacētia. Melius eſt tibi minus habere: q̄ȝ multū vnde poſſes ſuperbire. Nō ſatis diſcrete agit qui ſe totum letitie tradit obliuiſcēs priſtine inopie ſue ⁊ caſti timoris dn̄i q̄ timet gratiam oblatam amittere. Non etiaȝ ſatis virtuoſe ſapit qui tempore aduerſitatis ⁊ cuiuſq̄ȝ grauitatis nimis deſperate ſe gerit ⁊ minus fidenter de me q̄ȝ oportet recogitat ac ſentit. Qui tēpore pacis nimis ſecurus eſſe voluerit: ſepe tempore belli nimis deiectus ⁊ formidoloſus reperietur. Si ſcires ſemper humilis ⁊ modicus ī te permanere necnon ſpiritū tuū bene moderare ac regere: non incideres tam cito in periculum

⁊ offenſam. Conſilium bonũ eſt vt feruoris ſpi-
ritu concepto mediteris quid futurum ſit abſce
dente lumine. Quod dum contigerit: recogita
⁊ denuo lucẽ poſſe reuerti: quã ad cautelã tibi:
mihi aũt ad gloriã: ad temp⁹ ſubtraxi. Vtilior
eſt enim ſepe talis probatio ꝙ̃ ſi ſemper proſpe
ra pro tua haberes voluntate. Nam merita non
ſunt ex hoc eſtimanda ſi quis plures viſiones
aut conſolatiões habeat: vel ſi peritus ſit ĩ ſcri
pturis: aut in altiori ponatur gradu: ſed ſi vera
fuerit humilitate fundat⁹ ⁊ diuina caritate re-
pletus: ſi dei honorem pure ⁊ integre ſemp̲ que
rat: ſi ſeipſum nihil reputet: ⁊ in veritate deſpi-
ciat atq̃ ab aliis etiam deſpici ⁊ humiliari ma
gis gaudeat ꝙ̃ honorari.

¶ De vili eſtimatõe ſuiipſi⁹ ĩ oculis dei. Ca. ix.

LOquor ad dñm meũ cum ſim puluis ⁊ ci
nis. Si me amplius reputauero: ecce tu
ſtas contra me: ⁊ dicunt teſtimoniũ ve-
rum iniquitates mee: nec poſſum contradicere
Si autem me vilificauero ⁊ ad nihilum redege
ro ⁊ ab omni propria reputatione defecero atq̃
ſicut ſum pulueriʒauero: erit mihi propitia gra
tia tua: ⁊ vicina cordi meo lux tua: ⁊ oĩs eſtima

tio quātulacunqꝫ minima in valle nihileitatis:
mee demergetur ꝛ peribit ineternum. Ibi oſten
des me mihi quid ſum. quid fui. ꝛ de quo veni:
quia nihil: ꝛ neſciui Si mihiipſi relinquoꝛ: ecce
nihil ꝛ tota infirmitas. Si autem ſubito me re/
ſpexeris ſtatī foꝛtis efficioꝛ ꝛ nouo repleoꝛ gau
dio. Et mirum valde ꝙ ſic repente ſubleuoꝛ: et
tam benigne a te complectoꝛ: qui pꝛopꝛio pon
dere ſemper ad ima feroꝛ. Facit hoc amoꝛ tuus
gratis pꝛeueniens me ꝛ in tam multis ſubueni
ens neceſſitatibus: a grauib⁹ quoqꝫ cuſtodiēs
me periculis ꝛ ab innumeris vt vere dicam eri/
piens malis. Me ſiquidem male amando me ꝑ
didi: ꝛ te ſolum querendo ꝛ pure amando me et
te pariter inueni: atqꝫ ex amoꝛe pꝛofundius ad
nihilum me redegi. Quia tu o dulciſſime facis
mecum ſupꝛa meritū omne ꝛ ſupꝛa id qđ audeo
ſperare vel rogare. Benedictus ſis deus meus
qꝛ licet ego omnibus bonis ſim indignus: tua
tamen nobilitas ꝛ infinita bonitas nunq̄ꝫ ceſ/
ſat benefacere etiam ingratis ꝛ longe a te auer
ſis. Conuerte nos ad te vt ſimus grati humiles
et deuoti: quia ſalus noſtra tu es: virtus et foꝛ/
titudo noſtra.

¶ Qꝫ omnia ad deum ſicut ad finem vltimum ſunt referenda Cap.x.

Fili ego debeo eſſe finis tuus ſupremus ⁊ vltimatus ſi vere deſideras eſſe beatus. Ex hac intentione purificabitur affect⁹ tuus ſepius ad ſeipſum ⁊ ad creaturas male incuruatus. Nam ſi teipſum in aliquo queris ſtatim in te deficis ⁊ areſcis. Omnia ergo ad me principaliter referas: quia ego ſum qui omnia dedi. Sic ſingula conſidera ſicut ex ſummo bono manantia. ⁊ ideo ad me tanꝗ̄ ad ſuam originem cuncta ſunt reducenda. Ex me puſillus et magn⁹ paup̱ ⁊ diues tanꝗ̄ ex fonte viuo aquaꝫ hauriunt viuā: ⁊ qui mihi ſponte ⁊ libere deſeruiunt grām pro grā accipiēt. Qui aūt extra me voluerit gloriari vel in aliquo priuato bono delectari. nō ſtabilietur in vero gaudio neqꝫ ī corde ſuo dilatabitur ſed multipliciter impedietur ⁊ anguſtiabit̄. Nihil ergo tibi ꝺ bono aſcribere debes. nec alicui hoī virtutē attribuas: ſꝫ totū da deo ſine quo nihil hꝫ hō. Ego totū dedi: ego totū rehabere volo: ⁊ cū magna diſtrictiōe gratiaꝶ actiones requiro. Hec eſt veritas qua fugat̄ glorie vanitas. Et ſi intrauerit celeſtis grā

⁊ vera caritas:non erit aliqua inuidia nec con
tractio coꝛdis:neq; pꝛiuatus amoꝛ occupabit·
Uincit enim omnia diuina caritas : ⁊ dilatat
omnes aīe vires· Si recte ſapis:in me ſolo gau
debis:in me ſolo ſperabis:quia nemo bon⁹ niſi
ſolus bonus qui eſt ſuper omnia laudandus et
in omnibus benedicendus·

¶ Qꝛ ſpꝛeto mūdo dulce eſt ſeruire deo· Ca·xi·

NUnc iterum loquoꝛ dn̄e ⁊ non ſilebo:di
cam in auribus dei mei dn̄i mei ⁊ regis
mei qui eſt in excelſo·O q̄ magna mul
titudo dulcedinis tue dn̄e quam abſcondiſti ti
mentibus te·Sed quid es amantibus:quid to
to coꝛde tibi ſeruientibus·Uere ineffabilis dul
cedo contemplationis tue quam largiris amā
tibus te·Jn hoc maxime oſtendiſti dulcedinē
caritatis tue:quia cum non eſſem feciſti me : et
cū errarem longe a te reduxiſti me vt ſeruirem
tibi ⁊ p̄cepiſti vt diligam te·O fons amoꝛis per
petui quid dicam de te:quomodo potero tui ob
liuiſci : qui mei dignatus es recoꝛdari· Etiam
poſtq̄ contabui ⁊ perii feciſti vltra omnē ſpem
miſericoꝛdiā cum ſeruo tuo:⁊ vltra omne meri
tum gratiam ⁊ amicitiam exhibuiſti· Quid re

tribuā tibi pro gratia iſta? Non enim omnibus datum eſt vt omnibus abdicatis ſeculo renunctient ⁊ monaſticam vitam aſſumant. Nunquid magnū eſt vt tibi ſeruiam cui omnis creatura ſeruire tenetur. Non magnum mihi videri debꝫ ſeruire tibi: ſed potius hoc mihi magnū ⁊ admirandū apparet ꝙ tam pauperem ⁊ indignum dignaris in ſeruum recipere ⁊ dilectis ſeruis tuis adunare. Ecce omnia tua ſūt que habeo ⁊ vnde tibi ſeruio. Ueruntamē viceuerſa tu magis mihi ſeruis ꝙ̄ ego tibi. Ecce celum ⁊ terra que in miniſteriū hominis creaſti preſto ſunt ⁊ faciūt quotidie quecunqꝫ mandaſti. Et hoc parum eſt quinetiam angelos in miniſterio hoīs creaſti ⁊ ordinaſti. Tranſcendit aūt hec oīa qꝛ tuipſe ſeruire homini dignatus es ⁊ teipſum ei daturum promiſiſti. Quid dabo tibi pro omnibꝰ iſtis milibus bonis? Utinaꝫ poſſem tibi ſeruire cūctis diebus vite mee. Utinam vel vno die dignū ſeruitiū exhibere ſufficerem. Uere tu es dignus oī ſeruitio omni honore ⁊ laude eterna. Uere dn̄s meus es ⁊ ego pauper ſeruus tuus: qui totis viribus teneor tibi ſeruire: nec vnꝙ̄ laudibꝰ tuis debeo faſtidire. Sic volo ſic deſidero: ⁊ quicqd

mihi deeſt tu digneris ſupplere. Magnꝰ honor magna gloria tibi ſeruire ꝛ omnia ꝑpter te con temnere. Habebunt enim gratiam magnã qui ſponte ſe ſubiecerunt tue ſanctiſſime ſeruituti. Inuenient ſuauiſſimam ſanctiſpiritus conſola tionem: conſequentur magnã cordis libertatẽ: qui artam pro nomine tuo ingrediuntur viam ꝛ omnem mundanam neglexerint curã. O gra ta ꝛ iocunda dei ſeruitus qua homo veraciter efficitur liber ꝛ ſanctus. O ſacer ſtatꝰ religioſi famulatus qui hominem angelis reddit equa/ lem: deo placabilem: demonibus terribilẽ: ꝛ cũ/ ctis fidelibus cõmendabilem. O amplectendũ ꝛ ſemper optandum ſeruitium quo ſummũ pro meretur bonum ꝛ gaudium acquiritur ſine fi/ ne manſurum.

¶ Qꝫ deſideria cordis examinanda ſunt ꝛ mo/ deranda Cap. xii.

Fili oportꝫ te adhuc multa addiſcere que nondum bene didiciſti. Que ſunt hec do mine? Ut deſiderium tuũ ponas totali/ ter ſm beneplacitum meum: ꝛ tuiipſius amator non ſis: ſed mee voluntatis cupidus amator et emulator. Deſideria te ſepe accendũt ꝛ vehemẽ

ter impellunt:ſed conſidera an propter honorē meum an propter tuum cōmoduz magis moue aris. Si ego ſum in cauſa:bene contentus eris quomodocunqꝫ ordinauero. Si autem de proprio queſitu aliquid latet. ecce hoc eſt quod te īpedit ⁊ grauat. Caue ergo ne nimiū innitaris ſupꝫ deſiderio preconcepto me nō cōſulto:ne forte poſtea peniteat ⁊ diſpliceat qđ primo placuit ⁊ quaſi pro meliore zelaſti. Nō eniz oīs affectio que videtur bona ſtatim eſt ſeq̄nda:ſed nec oīs contraria affectio ad primū fugienda. Expedit interdum refrenatione vti etiam in bonis ſtudiis ⁊ deſideriis ne per importunitatem mētis diſtractionem incurras.ne aliis per indiſciplinationem ſcandalū generes:vel etiam p reſiſtē tiā alioꝝ ſubito turberis ⁊ corruas. Interdum vero oportet violentia vti ⁊ viriliter appetitui ſenſitiuo contraire nec aduertere qđ velit caro ⁊ quid nō velit:ſed hoc magis ſatagere vt ſubiecta ſit etiaz nolens ſpiritui. ⁊ tamdiu caſtigari debet ⁊ cogi ſeruituti ſubeſſe donec parata ſit ad oīa:paucisqꝫ contentari diſcat ⁊ ſimplicibꝰ delectari:nec contra aliquod inconueniēs murmurare.

¶De informatione patiẽtie ⁊ luctamine aduerſus concupiſcentias Cap·xiiii·

Domine dñe deus vt audio patientia eſt mihi valde neceſſaria·multa enim ĩ hac vita accidunt cõtraria. Nam qualitercunqꝫ oꝛdinauero de pace mea: non poteſt eſſe ſine bello ⁊ doloꝛe vita mea· Ita eſt fili·Nõ aũt volo te talem querere pacem que tentationibus careat aut ꝯtraria non ſentiat:ſed tũc etiã eſtimare te pacẽ inueniſſe:cũ fueris variis tribulationibus exercitatus ⁊ in multis cõtrarietatibus pꝛobatus·Si dixeris te nõ multa poſſe pati:quomodo tunc ſuſtinebis ignem purgatoꝛii De duobus malis ſemper minus malum eſt eligenduz·Ut ergo eterna futura ſupplicia poſſis euadere : mala pꝛeſentia ſtudeas pꝛo deo equanimiter tolerare·An putas ꝙ hoĩes ſeculi huiꝰ nihil aut paꝝ patiantur·Nec hoc inuenies etiã ſi delicatiſſimos queſieris· Sed habent inquis multas delectationes ⁊ pꝛopꝛias ſequuntur voluntates·ideoqꝫ parum ponderãt ſuas tribulationes·Eſto ꝙ ita vt habeãt quicqd voluerint Sed ꝗdiu putas durabit? Ecce quemadmodũ fumus deficient abundantes in ſeculo:⁊ nulla

erit recoꝛdatio pꝛeteritoꝝ gaudioꝝ. Sed cū adhuc viuunt: nō ſine amaritudīe ⁊ tedio ac timore in eis quieſcūt. Ex eadē nāq; re vnde delectationem concipiunt: ſibi inde doloꝛis penā frequenter recipiūt. Juſte illis fit. ⁊ quia inoꝛdinate delectationes querunt ⁊ ſequuntur: nō ſine amaritudīe ⁊ ꝯfuſione eas expleāt. O ꝙ̄ bꝛeues ꝙ̄ falſe ꝙ̄ inoꝛdinate ⁊ turpes omnes ſunt. Veruntamen pꝛe ebꝛietate ⁊ cecitate nō intelligūt ſed velut muta animalia pꝛopter modicum coꝛruptibilis vite delectamentum moꝛtem anime incurrunt. Tu ergo fili poſt concupiſcentias tuas non eas ⁊ a voluntate tua auertere. Delectare in domino ⁊ dabit tibi petitiones coꝛdis tui. Etenim ſi veraciter vis delectari ⁊ abundātius a me conſolari: ecce in ꝯtemptu oīum mundanoꝝ ⁊ in abſciſione oīum infirmaꝝ delectationū erit benedictio tua ⁊ copioſa reddetur tibi conſolatio. Et quanto plus te ab omī creaturaꝝ ſolatio ſubtraxeris: tanto in me ſuauioꝛes ⁊ potentioꝛes conſolationes inuenies. Sed pꝛimo nō ſine quadā triſtitia ⁊ laboꝛe certaminis ad has pertinges. Obſiſtet inolita ꝯſuetudo: ſꝫ melioꝛi ꝯſuetudine deuincetur. Remurmurabit

caro ſed feruore ſpiritus refrenabitur· Inſtiga
bit te ꝛ exacerbabit ſerpens antiquus:ſed ora/
tione fugabitur· inſuper ꝛ labore vtili aditus eī
magnus obſtruetur·

¶ De obedientia humilis ſubditi ad exemplum
ieſu xp̄i Cap.xiiii·

Fili qui ſe ſubtrahere nitit᷑ ab obedientia
ipſe ſe ſubtrahit a gratia· Et qui q̄rit hr̄e
priuata amittit cōmunia· Qui non libē
ter ꝛ ſponte ſuo ſuperiori ſe ſubdit : ſignū eſt ꝙ
caro ſua nōdum perfecte ſibi obedit:ſed ſepe re/
calcitrat ꝛ murmurat· Diſce ergo celeriter ſupe
riori tuo te ſubmittere ſi carnem propriā optas
ſubiugare· Citius nāqꝫ exterius vincitur inimi
cus ſi interior homo non fuerit deuaſtatꝰ· Non
eſt moleſtior neqꝫ peior anime hoſtis q̄ꝫ tuipſe
tibi non bene concordans ſpiritui· Oportet enī
verum te aſſumere tuiipſius contemptū ſi vis
preualere aduerſus carnem ꝛ ſanguinem: quia
adhuc nimis inordīate te diligis:ideo plene te
reſignare alioꝝ voluntati trepidas · Sed quid
magnum tu qui puluis es ꝛ nihil ſi propter deū
te ſubdis homini· quando ego omnipotens ꝛ al
tiſſimus qui cūcta creaui ex nihilo me homini

propter te ſubieci humiliter. Factus ſum oīum humillimus ⁊ infimus vt tuam ſuperbiam mea humilitate vinceres. Diſce obtēperare puluis. diſce te humiliare terra ⁊ limus ⁊ ſub oīum pedibus incuruare. diſce voluntates tuas frāgere ⁊ ad omnium ſubiectionem te dare. Exardeſce contra te. nec patiaris tumorem in te viuere: ſʒ ita ſubiectum ⁊ paruulum te exhibe vt oēs ſup te ambulare poſſint ⁊ ſicut lutum plateaꝝ conculcare. Quid habes homo inanis conqueri? Quid ſordide peccator poſſis ꝯtradicere exprobrantibus tibi: qui totiens deuʒ offendiſti ⁊ totiens infernum meruiſti. Sed pepercit tibi oculus meus quia precioſa fuit anima tua in cōſpectu meo vt cognoſceres dilectionem meā ⁊ gratus ſemper beneficiis meis exiſteres: ⁊ ad veram ſubiectionem ⁊ humilitatem te iugiter dares: patienterqꝫ propꝛium contemptum ferres.

¶De occultis dei iudiciis conſiderandis ne extollamur in bonis Cap. xv.

I Ntonas ſuper me iudicia tua dn̄e: ⁊ timore ac tremore concutis oīa oſſa mea ⁊ expaueſcit aīa mea valde. Sto attonitus

ꝛ conſidero qꝛ celi non ſunt mundi in cōſpectu
tuo: Si in angelis repperiſti puritatem nec tñ
pepercisti: quid fiet de me? Ceciderunt ſtelle de
celo: ꝛ ego puluis quid p̄ſumo? Quoꝝ opa vide
bant̄ laudabilia ceciderunt ad infima. ꝛ qui co
medebant panē angeloꝝ vidi ſiliquis delectari
porcoꝝ. Nulla eſt ergo ſanctitas ſi manum tuā
dñe retrahas. Nulla ſapientia prodeſt ſi guber-
nare deſiſtas. Nulla iuuat fortitudo ſi ꝯſeruare
deſinas. Nulla ſecura caſtitas ſi eam non ꝓte-
gas. Nulla propria prodeſt cuſtodia ſi nō aſſit
tua ſacra vigilantia. Nam relicti mergimur et
perimꝰ: viſitati vero viuimꝰ ꝛ erigimur. Inſta
biles quippe ſumus: ſed ꝑ te ꝯfirmamur. tepeſci
mus: ſed a te accendimur. O q̄ humiliter ꝛ abie
cte mihi de meipſo ſentiendū eſt. q̄ nihilipēden
dū ſi quid boni videor habere. O q̄ profūde me
ſubmittere debeo ſub abyſſalibus iudiciis tuis
dñe: vbi nihil aliud me eſſe inuenio q̄ nihil et
nihil. O pondus īmenſum. o pelagus intrāſna
tabile: vbi nihil de me reperio q̄ in toto nihil.
Ubi eſt ergo latebra glorie? vbi confidentia de
gloria concepta? Abſorpta oīs gloria vana iꝓ
funditate iudicioꝝ tuoꝝ ſuꝑ me. Quid eſt oīs

caro in cõſpectu tuo? Nunqd gloriabit̃ lutum contra formantẽ ſe? Quõ põt erigi vaniloquio cuius cor in veritate ſubiectum eſt deo? Nõ eũ totus mũdus erigeret quẽ ſibi ſubiecit veritas. nec oĩum laudantiũ ore mouebitur q totã ſpem ſuã in deo firmauit. Nam ⁊ ipſi qui loquuntur ecce oẽs nihil: ⁊ deficiẽt cũ ſonitu verboꝝ. Veritas aũt dñi manet ineternum.

¶ Qualiter ſtandum ſit ac dicendum in omni re deſiderabili Cap. xvi.

Fili ſic dicas in omni re: Dñe ſi tibi placitum fuerit fiat hoc ita. Dñe ſi ſit honor tuus fiat in noĩe tuo hoc. Dñe ſi mihi videris expedire ⁊ vtile eſſe ꝓbaueris tunc da mihi hoc vti ad honorem tuum. ſed ſi mihi nociuũ fore cognoueris nec aĩe mee ſaluti prodeſſe: aufer a me tale deſideriũ. Non enim omne deſideriũ a ſpiritu ſancto eſt: etiam ſi homini videat̃ rectum aut bonum. Difficile eſt pro vero iudicare an ſpiritus bonus aut alienus te impellat ad deſiderandum hoc vel illud: an etiam ex proprio mouearis ſpiritu. Multi in fine ſunt decepti qui primo bono ſpiritu videbant̃ inducti: Igitur ſemper cum timore dei ⁊ cordis humili-

tate deſiderandum eſt ꝛ petendum quicquid de ſiderabile menti occurrit: maximeq̃ cum ꝓpria reſignatione mihi totū cōmittendū eſt atq̃ di/cenduz: Dn̄e tu ſcis qualiter melius eſt. fac hoc vel illud ſicut volueris Da quod vis ꝛ quantū vis ꝛ quando vis. Fac mecum ſicut ſcis ꝛ ſicut tibi magis placuerit ꝛ maioꝛ honoꝛ tuus fuerit Pone me vbi vis ꝛ libere age mecū in omnibus In manu tua ego ſum: gyra ꝛ reuerſa me ꝑ cir/cuitum. En ego ſeruus tuus paratus ad omnia qm̄ non deſidero mihi viuere: ſed tibi vtinam digne ꝛ perfecte.

¶ Oꝛatio vtilis pꝛo beneplacito dei perficien do. Cap. xvii.

Concede mihi benigniſſime ieſu gratiaz tuam vt mecum ſit ꝛ mecuz laboꝛet me/cumq̃ vſq̃ in finem pſeueret. Da mihi ſemper deſiderare ꝛ velle quod tibi magis acce ptum ꝛ carius placet. Tua voluntas mea ſit: et mea voluntas tuam ſequatur: ſemper ꝛ optime ei concoꝛdet. Sit mihi vnum velle ꝛ nolle tecuz nec aliud poſſe velle aut nolle niſi quod vis et ꝛ nolis. Da mihi omnibus moꝛi que in mundo ſunt: ꝛ pꝛopter te amare cōtemni ꝛ neſciri ī hoc

ſeculo. Da mihi ſuper omnia deſiderata in te quieſcere ꝛ coꝛ meum in te pacificare. Tu vera pax coꝛdis tu ſola requies. extra te omnia ſunt dura ꝛ inquieta In hac pace in idipſum: hoc eſt in te vno ſummo ꝛ eterno bono doꝛmiam ꝛ requieſcam. Amen.

¶ Qꝫ verum ſolatium in ſolo deo eſt requirendum Cap. xviii.

QUicquid deſiderare vel cogitare poſſuꝫ ad ſolatium meum non hic expecto ſed imposterum. Qꝫ ſi omnia ſolatia mundi ſolus haberem ꝛ omnibus delitiis frui poſſem: certum eſt ꝙ diu durare non poſſent. Unde nō poteris anima mea plene conſolari nec perfecte recreari niſi in deo conſolatoꝛe pauperum ꝛ ſuſceptoꝛe humilium. Expecta modicum aīa mea expecta diuinum pꝛomiſſum ꝛ habebis abundantian omniuꝫ bonoꝛum in celo. Si nimis inoꝛdinate iſta appetis pꝛeſentia: perdes eterna ꝛ celeſtia. Sint tempoꝛalia in vſu: eterna in deſiderio. Non potes aliquo bono tempoꝛali ſatiari: quia ad hec fruenda non es creata. Etiam ſi oīa bona creata hēres nō poſſes eſſe felix ꝛ beata: ſed in deo qui cuncta creauit tua beatitudo

tua ⁊ felicitas conſiſtit·non qualis videt̃ ⁊ laudatur a ſtultis mundi amatoribus:ſed qualem expectant boni xp̃ifideles ⁊ preguſtant interdũ ſpirituales ac mundi corde : quoꝝ conuerſatio eſt in celis· Uanuz eſt ⁊ breue omne humanum ſolatium·Beatum ⁊ verum ſolatium quod int⁹ a veritate percipitur· Deuotus homo vbiq; ſecum fert conſolatorez ſuum ieſum:⁊ dicit ad eũ Adeſto mihi dñe ieſu in omni loco ⁊ tempore· Hec mihi ſit conſolatio libenter velle carere oĩ humano ſolatio·Et ſi tua defuerit cõſolatio ſit mihi tua voluntas ⁊ iuſta probatio pro ſummo ſolatio·Non enim imperpetuum iraſceris neq; ineternum cõminaberis·

¶ Q̄ oĩs ſolicitudo ĩ deo ponẽda eſt· Cap·xix·

Fili ſine me tecum agere qđ volo:ego ſcio qd expediat tibi · tu cogitas vt hõ ĩ multis ſentis ſicut tibi human⁹ ſuadet affect⁹·Dñe verũ eſt qđ dicis·Maior eſt ſolicitudo tua ꝓ me q̃ȝ oĩs cura quã ego poſſum gerere ꝓ me·Nimis enĩ caſualiter ſtat q nõ ꝓiicit oẽz ſolicitudinẽ ſuã in te· Dñe dũmodo volũtas mea recta ⁊ firma ad te permaneat fac de me quicq̄d tibi placuerit·Non enim poteſt eſſe niſi bonum

quicqd de me feceris. Si me vis eſſe in tenebris ſis benedictus. ⁊ ſi me vis eſſe in luce ſis iteruꝫ benedictus. Si me dignaris conſolari ſis benedictus. ⁊ ſi me vis tribulari: eque ſis ſemper bñdictus. Fili ſic oportet te ſtare ſi mecum deſideras ambulare. Ita promptus debes eſſe ad patiendum ſicut ad gaudenduꝫ. Ita libenter debes eſſe inops ⁊ pauper ſicut plenus ⁊ diues. Dñe libenter patiar pro te quicquid volueris venire ſuper me. Indifferēter volo de manu tua bonuꝫ ⁊ malum: dulce ⁊ amarum: letum ⁊ triſte ſuſcipere: ⁊ pro omnibus mihi contingentibus gratias agere. Cuſtodi me ab omni peccato ⁊ non timebo mortem nec infernuꝫ dūmodo ineternū me nō proiicias: nec deleas me de libro vite. nō mihi nocebit quicquid venerit tribulationis ſuper me.

¶ Qꝛ temporales miſerie xp̄i exemplo equanimiter ſunt ferende Cap. xx.

Fili ego deſcendi de celo pro tua ſalute: ſuſcepi tuas miſerias non neceſſitate ſed caritate trahente: vt patientiam diſceres ⁊ temporales miſerias non indignanter ferres. Nam ab hora ortus mei vſqꝫ ad exitum in cruce

non defuit mihi tolerantia doloris·defectū reꝝ
temporaliū magnū habui· mltas querimonias
de me frequenter audiui· confuſiones ꝛ oppro/
bria benigne ſuſtinui· pro beneficiis ingratitu
dinem recepi·pro miraculis blaſphemias· ꝑ do
ctrina reprehenſiones· Domine quia fuiſti pa/
tiens in vita tua in hoc maxime implendo pre/
ceptum patris tui : dignum eſt vt ego miſellus
peccator ſm voluntatem tuam me ſuſtineam:et
donec ipſe volueris onus corruptibilis vite pro
ſalute mea portem · Nam etſi oneroſa ſentitur
pn̄s vita : facta eſt tamen iam per gratiam tuā
valde meritoria atꝗ exemplo tuo ꝛ ſanctorum
tuoꝝ veſtigiis infirmis tolerabilior ꝛ clarior:
ſed ꝛ multo magis conſolatoria ꝙ olim in lege
veteri fuerat cum porta celi clauſa perſiſteret·ꝛ
obſcurior etiam via videbatur quando tā pau/
ci regnum celoꝝ querere curabant:ſed neꝗ qui
tunc iuſti erant ꝛ ſaluandi ante paſſionem tuā
ꝛ ſacre mortis debitum celeſte regnum poterāt
introire·O quantas tibi gratias teneor referre
ꝙ rectam ꝛ bonam viam dignatus es mihi et
cunctis fidelibus ad eternum regnum tuum
oſtēdere· Nam vita tua via noſtra·ꝛ ꝑ ſanctam

patientiam ambulamus ad te qui es corona no
ſtra. Niſi tu nos preceſſiſſes ꝛ docuiſſes: quis
ſequi curaret? Heu quanti longe retroqꝫ mane
rent niſi tua preclara exempla inſpicerent. Ecce
adhuc tepeſcimus auditis tot ſignis tuis ꝛ do
ctrinis: quid fieret ſi tantum lumen ad ſequen-
dum te non haberemus?

¶ De tolerantia iniuriarum: ꝛ quis verus pa-
tiens probetur Cap. xxi.

QUid eſt quod loqueris fili? Ceſſa con-
queri. Conſidera meam ꝛ aliorum ſan-
ctorum paſſionem. Nondũ vſqꝫ ad ſan
guinem reſtitiſti. Parum eſt quod tu pateris in
comparatione eorum qui tam multa paſſi ſunt
tam fortiter tentati: tam grauiter tribulati: tã
multipliciter probati ꝛ exercitati. Oportet te
igitur aliorum grauiora ad mentem reducere:
vt leuius feras tua minima: Et ſi tibi minima
non videntur: vide ne ꝛ hoc faciat tua impati-
entia. Siue tamen parua ſiue magna ſint: ſtu-
de cuncta patienter ferre. Quanto melius te
ipſum ad patiendum diſponis: tanto ſapien-
tius agis: et amplius promereris: et feres le
uius animo et vſu ad hoc non ſegniter paratis

Nec dicas non valeo hoc ab homine tali pati:
nec huiuſcemodi mihi patienda ſunt·graue enī
intulit damnū ⁊ improperat mihi que nunꝙ̄ co
gitaueram·ſed ab alio libēter patiar ⁊ ſicut pa/
tienda videro· Inſipiēs eſt talis cogitatio que
virtutem patientie non conſiderat nec a quo co
ronanda erit:ſed magis perſonas ⁊ offenſas ſi/
bi illatas perpendit·Non eſt verus patiens qui
non vult pati niſi quantū ſibi viſum fuerit et a
quo ſibi placuerit·Uerus aūt patiens nō atten
dit a quo homine:vtruꝫ a prelato ſuo an ab ali
quo equali aut inferiori:vtruꝫ a bono ⁊ ſancto
viro vel a peruerſo ⁊ indigno exerceatur:ſed in
differenter ab omni creatura quantumcunqꝫ ⁊
quotienſcunqꝫ ei aliquid aduerſi acciderit totū
hoc gratanter de manu dei accipit ⁊ ingens lu
crum reputat:quia nihil apud deum quantūli/
bet paruum pro deo tn̄ paſſum poterit ſine me/
rito tranſire· Eſto igitur expeditus ad pugnaꝫ
ſi vis habere victoriam.Sine certamine nō po/
teris venire ad patientie coronam·Si pati non
vis:recuſas coronari·ſi autem coronari deſide/
ras:certa viriliter:ſuſtine patienter·Sine labo
re non tenditur ad requiem : nec ſine pugna p/

uenitur ad victoriã. Fac mihi dñe poſſibile per gratiam quod mihi impoſſibile videtur per naturam. Tu ſcis ꝙ modicum poſſum pati ⁊ ꝙ cito deiicior leui exurgente aduerſitate. Efficiatr mihi quelibet exercitatio tribulationis ꝓ noĩe tuo amabilis ⁊ optabilis: nam pati ⁊ vexari ꝓ te valde ſalubre eſt anime mee.

¶De confeſſione proprie infirmitatis ⁊ huius vite miſeriis Cap. xxii.

COnfiteor aduerſum me iuſtitiam meam confitebor tibi domine infirmitatẽ meã. Sepe parua res eſt que me deiicit ⁊ contriſtat. Propono me fortiter acturum: ſed cum modica tentatio venerit magna mihi fit anguſtia. Ualde vilis quandoqꝫ res eſt vnde grauis tentatio prouenit: ⁊ dum puto me aliquantulũ tutum cum non ſentio: inuenio me nonnunqꝫ pene deuictum ex leui flatu. Uide ergo dñe humilitatem meam ⁊ fragilitatẽ tibi vndiqꝫ notã Miſerere mei ⁊ eripe me de luto vt nõ infigar: non permaneam deuictus vſqꝫquaqꝫ. Hoc ẽ qđ me frequenter reuerberat ⁊ coram te confundit ꝙ tam labilis ſum ⁊ infirmus ad reſiſtendum paſſionibus. Et ſi non omnino ad conſenſionẽ

trahit. tamen mihi etiam moleſta ꝛ grauis eſt eorum inſectatio: ꝛ tedet valde ſic quotidie viuere ī lite. Exhinc nota fit mihi īfirmitas mea: quia multo facilius irruunt abominande ſemper fantaſie ꝗ̄ diſcedunt. Utinam fortiſſime deus iſrael zelator animarum fidelium reſpicias ſerui tui laborē ꝛ dolorē: aſſiſtaſqꝫ illi in oībus ad q̄cunqꝫ perrexerit. Robora me celeſti fortitudine: neqꝫ vetus homo miſera caro ſpiritui nō dum plene ſubiecta valeat dominari. aduerſus quam certare oportebit ꝗ̄diu ſpiratur in hac vita miſerrima. Heu qualis eſt hec vita vbi non deſunt tribulationes ꝛ miſerie: vbi plena laq̄is ꝛ hoſtibus ſunt omnia. Nam vna tribulatione ſeu tentatione recedente alia accedit: ſed adhuc priore durante conflictu alie plures ſuperueniunt ꝛ inſperate. Et quomodo poteſt amari vita habens tantas amaritudines ꝛ tot ſubiecta calamitatibus ꝛ miſeriis? Quomodo etiam dicit̄ vita tot generans mortes ꝛ peſtes: ꝛ tamē amatur ꝛ delectari in ea a multis queritur. Reprehenditur frequenter mundus ꝙ fallax ſit ꝛ vanus: nec tamen facile relinquitur cum concupiſcentie carnis dn̄antur. Sꝫ alia trahūt ad amā

dũ:alia ad ꝯtẽnendũ. Trahũt ad amorẽ mundi
deſideriũ carnis:deſideriũ oculoꝝ: ꝛ ſupbia vi
te. ſed pene ac miſerie ſequentes ea odiũ mundi
pariunt ꝛ tediũ. Sed vincit ꝓh dolor delectatio
praua mentẽ mũdo deditã: ꝛ eſſe ſub ſenſibꝰ de
litias reputat: qꝛ dei ſuauitatẽ ꝛ internã virtu
tis amenitatẽ nec vidit nec guſtauit. Qui autẽ
mundũ pfecte ꝯtẽnunt ꝛ deo viuere ſub ſcã diſci
plina ſtudẽt: iſti diuinã dulcedinẽ veris abrenũ
tiatoribꝰ ꝓmiſſam nõ ignorãt: ꝛ q̃ grauiter mũ
dus errat ꝛ varie fallitur vident.

¶ Qꝛ in deo ſup omnia bona ꝛ dona requieſcẽ
dum eſt Cap. xxiii.

SUper omnia ꝛ in omnibus requieſce ani
ma mea in domino ſemper: quia ipſe eſt
ſanctoꝝ eterna requies. Da mihi dulciſ
ſime ꝛ amantiſſime ieſu in te ſuper omnem crea
turam requieſcere. ſup omnẽ ſalutem ꝛ pulchri
tudinem. ſuper oẽm gloriã ꝛ honorẽ. ſuper oẽm
potentiam ꝛ dignitatem. ſup omnem ſcientiam
ꝛ ſubtilitatem. ſuper omnes diuitias ꝛ artes. ſu
per omnem letitiam ꝛ exultationem. ſuper oẽm
famã ꝛ laudẽ. ſuper oẽm ſuauitatẽ ꝛ ꝯſolationẽ
ſuper omnem ſpem ꝛ promiſſionez. ſuper omne

meritum ⁊ deſiderium· ſuper omnia dona ⁊ mu
nera que potes dare ⁊ infundere· ſup om̄e gau
dium ⁊ iubilationē quam poteſt mens capere ⁊
ſentire· Deniq̄ʒ ſuper omnes angelos ⁊ archan
gelos ⁊ ſuper omnem exercitum celi · ſuper oīa
viſibilia ⁊ inuiſibilia ⁊ ſuper omne qḋ tu deus
meus non es : quia tu deus meus ſuper omnia
optimus es: tu ſolus altiſſimus: tu ſolus poten
tiſſimus: tu ſolus ſufficientiſſimus et pleniſſi
mus : tu ſolus ſuauiſſimus ⁊ ſolatioſiſſimus:
tu ſolus pulcherrimus ⁊ amantiſſimus : tu ſo
lus nobiliſſimus ⁊ glorioſiſſim9 ſuper omnia
in quo cuncta bona ſimul perfecte ſunt fuerunt
⁊ erunt · atq̄ʒ ideo minus eſt ⁊ inſufficiēs quic
quid preter teipſum mihi donas vt de teipſo re
uelas vel promittis te nō viſo vel plene adepto
Qm̄ quidem non poteſt cor meum veraciter re
quieſcere nec totaliter contentari niſi in te reg
eſcat· ⁊ omnia dona omnēq̄ʒ creaturam trāſcen
dat· O mi dilectiſſime ſponſe ieſu xp̄e amator
puriſſime dn̄ator vniuerſe creature : quis mihi
det pennas vere libertatis ad volandum ⁊ pau
ſandum in te! O qn̄ ad plenum dabitur vacare
mihi ⁊ videre q̄ʒ ſuauis es dn̄e deus meus · Qn̄

ad plenū recolligam me in te vt pre amore tuo
nō ſentiam me ſed te ſolū ſuꝑ oēm ſenſum ⁊ mo
dū in modo nō oībus noto! Nunc aūt frequēter
gemo ⁊ infelicitatē meā cū dolore porto: qꝛ mul
ta mala in hac valle miſeriaꝝ occurrūt q̄ me ſe-
pius ꝯturbāt ꝯtriſtāt ⁊ obnubilāt. ſepiꝰ īpediūt
⁊ diſtrahunt alliciunt ⁊ implicant ne liberū ha
beā acceſſum ad te: ⁊ ne iocundis fruar ample
xibus preſto ſemꝑ beatis ſpiritibꝰ. Moueat ſuꝑ
ſpiritū meū ⁊ deſolatio multiplex in terra. O ie
ſu ſplendor eterne glorie ſolamē peregrinantis
aīe: apud te eſt os meū ſine voce: ⁊ ſilentiū meū
loquit̄ tibi. Uſqꝫquo tardat venire dn̄s meꝰ! ve
niat ad me paupculū ſuū ⁊ letum faciat. Mittat
manū ſuā ⁊ me miſerum eripiat de oī anguſtia.
Ueni veni qꝛ ſine te nulla erit quieta dies aut
hora: qꝛ tu letitia mea ⁊ ſine te vacua eſt menſa
mea. Miſer ſum ⁊ quodāmodo incarceratus et
cōpedibus grauatꝰ donec luce preſentie tue me
reficias ac libertati dones vultūqꝫ amicabilem
demonſtres. Querāt alii ꝓ te aliud qd̄cunqꝫ li-
buerit: ⁊ mihi aliud interim nil placꝫ nec place
bit niſi tu deus meus: ſpes mea: ſalꝰ eterna. Nō
reticebo nec deprecari ceſſabo donec gratia tua

reuertat̄: mihiq̧ tu int⁹ loquaris: Ecce adſum: Ecce ego ad te qꝛ inuocaſti me. lachꝛyme tue et deſideriū aīe tue hūiliatio tua ⁊ cōtritio coꝛdis inclinauerunt me ⁊ adduxerunt ad te. Et dixi: dn̄e inuocaui te ⁊ deſideraui frui te: parat⁹ oīa reſpuere pꝛopter te. Tu enim pꝛioꝛ excitaſti me vt quererem te. Sis ergo benedictus dn̄e qui feciſti hāc bonitatē cū ſeruo tuo ſm multitudinē miſericoꝛdie tue. Quid habet vltra dicere dn̄e ſeruus tuus coꝛā te niſi vt humiliet ſe valde añ te memoꝛ ſemp̱ pꝛopꝛie iniq̄tatis ⁊ vilitat⁹. Nō enim eſt ſilis tui in cunctis mirabilib⁹ celi ⁊ ter. Sunt opera tua bona valde dn̄e. iudicia vera. ⁊ pꝛouidētia tua regunt̄ vniuerſa. Laus ergo tibi ⁊ gloꝛia o patris ſapiã: te laudet ⁊ benedicat os meum anima mea ⁊ cuncta creata ſimul.

¶ De recoꝛdatione beneficioꝛum dei multiplicium Cap. xxiiii.

Aperi dn̄e coꝛ meū in lege tua: ⁊ in pꝛeceptis tuis doce me ambulare. Da mihi intelligere voluntatē tuā: ⁊ cū magna reuerentia ac diligenti conſideratiōe bn̄ficia tua tā in gn̄ali q̄ȝ in ſpeciali mēoꝛari vt digne tibi exhinc valeam gr̄as referre. Uez ſcio ⁊ cōfiteoꝛ

nec pro minimo puncto me poſſe debitas grãꝝ laudes perſoluere. Minor ego ſuȝ oĩbus bonis mihi pſtitis. ⁊ cũ tuã nobilitatẽ attẽdo: deficit pre magnitudine illi⁹ ſpũs me⁹. Oĩa que in aĩa hẽmus ⁊ in corpe ⁊ q̃cunqȝ exterius vel interi⁹ naturaliter vel ſupnaturaliter poſſidemus tua ſunt bñficia: ⁊ te beneficũ pium ac bonum commendant: a quo bona cuncta accepimus. Et ſi alius plura: alius pauciora accepit: omnia tñ tua ſunt: ⁊ ſine te nec minimũ hřı poteſt. Ille q maiora accepit non põt merito ſuo gloriari nec ſuper alios extolli nec minori inſultare: qꝛ ille maior ⁊ melior qui ſibi minus aſcribit ⁊ ĩ regratiando humilior eſt atqȝ deuotior Et qui omnibus viliorem ſe exiſtimat ⁊ indigniorem ſe iudicat aptior eſt ad percipiendũ maiora. Qui autẽ pauciora accepit: contriſtari nõ debet nec indignanter ferre neqȝ ditiori inuidere: ſed te poti⁹ attẽdere ⁊ tuã bonitatẽ maxime laudare q̈ tam affluẽter tã gratis tã libenter ſine pſonaꝝ acceptiõe tua munera largiris. Omnia ex te: ⁊ ideo in oĩbus es laudandus. Tu ſcis quid vnicuiqȝ donari expediat: ⁊ cur iſte minus ⁊ ille ampli⁹ habeat nõ noſtruȝ ſed tuum eſt hoc diſcernere:

apud quē ſinguloꝝ diffinita ſunt merita· Unde
dñe de⁹ pro magno etiā reputo bñficio nō mul
ta hīe vnde exteri⁹ ⁊ ſm hoīes laus ⁊ gloria ap
pareat· Jta vt qs ꝯſiderata pauptate ⁊ vilitate
pſone ſue nō modo grauitatē aut triſtitiā vl' de
iectionē inde ꝯcipiat ſed poti⁹ ꝯſolationē ⁊ hila
ritatē magnā: qꝛ tu de⁹ paupes ⁊ humiles atq̄
huic mundo deſpectos tibi elegiſti ī familiares
⁊ domeſticos· Teſtes ſūt ipſi apoſtoli tui quos
principes ſup oēm terrā ꝯſtituiſti: fuerunt tñ ſi
ne querela ꝯuerſati in mundo tā humiles ⁊ ſim
plices ſine omni malitia ⁊ dolo vt etiā pati con
tumelias gauderēt pro noīe tuo: ⁊ q̄ mund⁹ ab
horret ipſi amplecterent̄ affectu magno· Nihil
ergo amatorē tuū ⁊ cognitorem bñficioꝝ tuoꝝ
ita letificare dēt ſicut volūtas tua ī eo ⁊ bñpla
citū eterne diſpoſitōis tue· de q̄ tātū ꝯtētari de
bet ⁊ cōſolari vt ita libenter velit eſſe minimus
ſicut aliquis optaret eſſe maxim⁹: ⁊ ita pacific⁹
⁊ cōtent⁹ in nouiſſimo ſicut in loco primo: atq̄
ita libenter deſpicabilis ⁊ abiect⁹ nulli⁹ quoq̄
noīs ⁊ fame ſicut ceteris honorabilior ⁊ maior
ī mūdo· Nā voluntas tua ⁊ amor honoris tui
oīa excedere debꝫ ⁊ plus eū ꝯſolari magiſq̄ pla

cere q̄ꝫ oīa beneficia ſibi data vel danda.
¶ De quatuoꝛ magnam importantibus pa-
cem Cap.xxv.
Fili nunc docebo te viā pacis ꝛ vere liber
tatis. Fac dn̄e qđ dicis: qꝛ hoc mihi gra
tum eſt audire. Stude fili alteriꝰ potius
facere voluntatē q̄ꝫ tuā. Elige ſemp minꝰ q̄ꝫ plꝰ
hr̄e. Quere ſemp inferioꝛē locū ꝛ oībus ſubeſſe.
Opta ſemp ꝛ oꝛa vt volūtas dei integre ī te fiat
Ecce talis hō ingreditur fines pacis ꝛ quietis.
Dn̄e ſermo tuꝰ iſte breuis multū in ſe ꝯtinet pfe
ctiōis. paruus eſt dictu: ſed plenꝰ ſenſu ꝛ vber ī
fructu. Nā ſi poſſet a me fideliter cuſtodiri non
dēret tā facilis ī me turbatio oꝛiri. nā quotiens
me impacatū ſentio ꝛ grauatū: ab hac doctrina
me receſſiſſe inuenio. Sed tu q oīa potes ꝛ aīe
pfectū ſemp diligis: adauge maioꝛē grāꝫ vt poſ
ſim tuū cōplere ſermonē ꝛ meā pficere ſalutem.
¶ Orō cōtra cogitatiōes malas. Cap.xxvi.
Domine deꝰ meꝰ ne elōgeris a me: deus
meꝰ in auxiliū meū reſpice qm̄ inſurre-
xerunt in me cogitatiōes vane ꝛ timo-
res magni affligētes aīam meā. Qūo ptrāſibo
illeſus. qūo perfringā eas. Ego inquit ante te

ſbo ⁊ glorioſos terre humiliabo· aperiam ianuā carceris ⁊ archana ſecretoꝝ reuelabo tibi · Fac dn̄e vt loqueris:⁊ fugiāt a facie tua oēs inique cogitatiões· Hec ſpes ⁊ vnica cōſolatio mea ad te in omni tribulatione cōfugere·tibi cōfidere· ex intimo inuocare ⁊ patienter conſolationem tuam expectare·

¶ Oratio pro illuminatione mentis deuotiſſi-ma Cap·xxvii·

Clarifica me bone ieſu claritate eterni luminis:⁊ educ de habitaculo cordis mei tenebras vniuerſas· Cohibe euagatōes multas:⁊ elide vim faciētes tentatiões· Pugna fortiter pro me ⁊ expugna malas beſtias:cōcu-piſcentias dico illecebroſas:vt fiat pax in virtu te tua ⁊ abundantia laudis tue reſonet in aula ſancta:hoc eſt in conſcientia pura· Impera ven tis ⁊ tempeſtatibus·dic mari qeſce · dic aqloni ne flaueris.⁊ erit trāqllitas magna· Emitte lu cē tuā ⁊ veritatē tuā vt luceat ſuper terrā:quia terra ſum inanis ⁊ vacua donec illumines me· Effunde grām tuā deſuper· perfunde cor meū gr̄a celeſti·miniſtra deuotiōis aquas ad irrigā dā faciē terre ad producēdū fructū bonū ⁊ opti

mū. Eleua mentē preſſam mole pctōꝝ ⁊ ad celeſtia totū deſideriū meū ſuſpēde: vt guſtata ſuauitate ſupne felicitatis pigeat de terrenis cogitare. Rape me ⁊ eripe ab oī creaturaꝝ īdurabili conſolatiōe: qꝛ nulla res creata appetitū meum plenarie valet quietare ⁊ cōſolari. Junge me tibi inſeparabili dilectiōis vinculo: qm̄ tu ſolus amāti ſufficis: ⁊ abſq; te friuola ſunt vniuerſa.

¶ De euitatione curioſe inquiſitionis ſuper alterius vita Cap. xxviii.

Fili noli eſſe curioſus: nec vacuas gerere ſolicitudines. Quid hoc vel illud ad te? tu me ſequere. Quid enī ad te vtꝝ ille ſit talis vel talis: aut iſte ſic agit vel loquitur. Tu nō indiges reſpōdere ꝑ aliis: ſꝫ pro teipſo rōez reddes. Quid ergo te implicas? Ecce ego oēs cognoſco: ⁊ cuncta q̄ ſub ſole fiunt video: et ſcio qualiter cū vnoquoq; ſit. qd cogitet. qd velit. et ad quē finē tendat ei⁹ intētio. Mihi igit̄ cōmittenda ſunt oīa: tu xͦo ſerua te in bona pace ⁊ dimitte agitantē agitare quantum voluerit. Ueniet ſup eū quicqd fecerit vel dixerit: qꝛ me fallere nō pōt. Nō ſit tibi cure de magni nominis vmbra: ⁊ non de multorum familiaritate: nec

de priuata hoium dilectione. Iſta enī generant
diſtractiones ⁊ magnas in corde obſcuritates.
Libenter loquerer tibi verbū meū ⁊ abſcondita
reuelarem ſi aduentū meū diligēter obſeruares
⁊ oſtiū cordis mihi aperires. Eſto prouid⁹ ⁊ vi/
gila in orōnibus ⁊ humilia te in omnibus.

¶ In quibus firma pax cordis ⁊ verus ꝓfectus
conſiſtit Cap. xxix.

FIli ego locut⁹ ſū: Pacē relīquo vobis pa
cē meā do vobis: nō quō mund⁹ dat ego
do vobis. Pacē oēs deſiderāt: ſed que ad
verā pacē ꝑtinēt nō oēs curāt. Pax mea cum hu
milibus ⁊ māſuetis corde: Pax tua erit ī multa
patientia. Si me audieris ⁊ vocem meā ſecutus
fueris poteris multa pace frui. Quid igitur fa/
ciā? In oī re attēde tibi qd facias ⁊ qd dicas: et
oēm intentionē tuā ad hoc dirige vt mihi ſoli
placeas ⁊ extra me nihil cupias vel queras: ſed
⁊ de alioꝝ dictis vel factis nil temere iudices:
nec cū rebus tibi nō cōmiſſis te implices: ⁊ po/
terit fieri vt parū vel raro turberis. Nunq̄ȝ autē
ſentire aliquā turbationem nec pati aliquā cor
dis vel corꝑis moleſtiā nō eſt pn̄tis tꝑis ſed ſta
tus eterne quietis. Nō ergo eſtimes te verā pa

ſterum tecum in aurora noue lucis reſurgat et in celeſtibus clarificetur. Pater ſancte tu ſic ordinaſti ⁊ ſic voluiſti: ⁊ hoc factum eſt quod ipſe precepiſti. Hec eſt enim gratia ad amicum tuū pati ⁊ tribulari in mundo pro amore tuo quotienſcunq̧ a quocunq̧ ⁊ quomodocunq̧ id pmiſeris fieri. Sine conſilio ⁊ prouidētia tua ⁊ ſine cauſa nihil fit in terra. Bonuz mihi dn̄e ꝙ humiliaſti me vt diſcam iuſtificationes tuas: ⁊ oēs elationes cordis atq̧ preſumptiones abiiciam. Utile mihi ꝙ confuſio cooperuit faciem meam vt te potius q̄ȝ hoīes ad conſolandū requiram. Didici etiam ex hoc inſcrutabile iudicium tuū expaueſcere qui affligis iuſtum cum impio: ſed non ſine equitate ⁊ iuſtitia. Gratias tibi q: non peperciſti malis meis ſed attriuiſti me verberibus amoris infligens dolores ⁊ imittens anguſtias foris ⁊ intus. Non eſt qui me conſolet̄ ex omnibus que ſub celo ſunt niſi tu dn̄e de9 me9 celeſtis medicus animaꝝ: qui percutis ⁊ ſanas deducis ad inferos ⁊ reducis. Diſciplina tua ſuper me: ⁊ virga tua ipſa me docebit. Ecce pater dilecte in manibus tuis ego ſum: ſub virga correctionis tue me inclino. Percute dorſum meuȝ

⁊ collum meum vt incuruem ad voluntatē tuā tortuoſitatem meam. Fac me pium ⁊ humilem diſcipulum ſicut bene facere conſueuiſti vt ambulem ad omnem nutum tuū. Tibi me ⁊ omnia mea ad corrigendū cōmendo. melius eſt hic corripi ꝙ̄ in futuro. Tu ſcis omnia ⁊ ſingula: ⁊ nil te latet in humana cōſciētia. Anteꝙ̄ fiant noſti ventura: ⁊ nō opus eſt tibi vt qs te doceat aut admoneat de his que gerūtur in terra. Tu ſcis quid expedit ad profectum meū: ⁊ quantū deſeruit tribulatio ad rubiginē vitioꝝ purgandam. Fac mecum deſideratū beneplacitum tuū ⁊ ne deſpicias peccaminoſam vitam meam: nulli melius vel clarius ꝙ̄ tibi ſoli notam. Da mihi dn̄e ſcire quod ſciendum eſt. hoc amare quod amandum eſt. hoc laudare quod tibi ſumme placet. hoc reputare quod tibi precioſum apparet. hoc vituperare quod oculis tuis ſordeſcit. Non me ſinas ſm̄ viſionē oculoꝝ exterioꝝ iudicare neqꝫ ſm̄ auditum aurium hominū imperitoꝝ ſententiare: ſed in iudicio vero de viſibilibus ⁊ ſpiritualibus diſcernere: atqꝫ ſuper omnia voluntatē beneplaciti tui ſemper inquirere. Falluntᷣ ſepe hominū ſenſus in iudicando. falluntur ⁊ ama-

tores ſeculi viſibilia tantūmodo amādo· Quid eſt homo inde melioꝛ quia reputatur ab homīe maioꝛ? Fallax fallacem· vanus vanum: cecus cecum· infirmus infirmum decipit dum exaltat: ⁊ veraciter magis confundit dū inaniter laudat· Nam quantum vnuſquiſq; eſt in oculis tuis: tantum eſt ⁊ non amplius ait humilis ſanctus Franciſcus·

¶ De humilibus inſiſtendū eſt operibus cum deficitur a ſummis Cap· lvi·

Fili non vales ſemper in feruentioꝛi deſiderio virtutū ſtare: nec in altioꝛi gradu contemplationis: ſed neceſſe habes interdum ob oꝛiginalem coꝛruptelam ad inferioꝛa deſcendere ⁊ onus coꝛruptibilis vite etiam inuite ⁊ cum tedio poꝛtare· Quādiu moꝛtale coꝛp⁹ geris: tedium ſenties ⁊ grauamē coꝛdis· Opoꝛtet ergo ſepe in carne de carnis onere gemere: eo ꝙ non vales ſpiritualibus ſtudiis ⁊ diuine contemplationi indeſinenter inherere· Tūc expedit tibi ad humilia ⁊ exterioꝛa opera confugere ⁊ in bonis te actib⁹ recreare· aduentū meū ⁊ ſupernā viſitationē firma cōfidētia expectare exiliū tuū ⁊ ariditatē mentis patiēter ſufferre:

donec iterum a me viſiteris: ⁊ ab oībus anxieta
tibus libereris· Nā faciā te labor̄ obliuiſci ⁊ in
terna quiete perfrui. Expandā corā te prata ſcri-
pturar̄ vt dilatato corde currere incipias viaʒ
mandator̄ meor̄· ⁊ dices: Nō ſunt ꝯdigne paſſi
ones huius tpis ad futuram gloriam que reue
labitur in nobis·

¶ Q̄ꝛ homo non reputet ſe conſolatione dignū
ſed magis verberibus reum Cap·lvii·

Domine nō ſum dignus conſolatiōe tua
nec aliqua ſpirituali viſitatione·et ideo
iuſte mecum agis qn̄ me inopē ⁊ deſola
tū relinquis·Si enī ad inſtar maris lachrymas
fundere poſſem adhuc ꝯſolatiōe tua dign⁹ nō
eſſem·Unde nihil dign⁹ ſum q̄ꝫ flagellari ⁊ pu-
niri: qꝛ grauiter ⁊ ſepe te offendi ⁊ ī multis val
de deliqui·Ergo vera penſata rōne nec minima
ſum dign⁹ ꝯſolatiōe: ſed tu clemēs ⁊ miſericors
qui non vis perire opera tua ad oſtendendum
diuitias bonitatis tue in vaſa miſericordie tue:
etiam preter omne proprium meritū dignaris
ꝯſolari ſeruū tuū ſupra humanū modū·Tue·n·
conſolatiōes nō ſunt ſicut humane ꝯfabulatio-
nes·Quid egi dn̄e vt mihi conferres aliquam

celeſtē conſolationē! Ego nihil boni me egiſſe recolo: ſed ſemper ad vitia pronū ꝛ ad emenda/tionem pigrum fuiſſe. Uerum eſt ꝛ negare non poſſum: Si aliter dicerem tu ſtares contra me ꝛ non eſſet qui defenderet. Quid merui pro pec catis meis niſi infernum ꝛ ignem eternū! In ve ritate confiteor qm̄ dignus ſum omni ludibrio ꝛ contemptu: nec decet me inter deuotos tuos cōmorari. Et licet hoc egre audiam: tamen ad/uerſuz me pro veritate peccata mea arguam: vt facilius miſericordiam tuam merear impetrare Quid dicam reus ꝛ omni ꝯfuſione plenus! Nō habeo os loquēdi niſi hoc tm̄ verbum. Peccaui dn̄e peccaui. miſerere mei. ignoſce mihi. Sine me paululū vt plangam dolorem meum anteꝗ̄ va/dam ad terram tenebroſaz ꝛ opertam mortis ca ligine. Et quid tam maxime a reo ꝛ miſero pec/catore requiris niſi vt conteratur ꝛ humiliet ſe pro delictis ſuis! In vera contritione ꝛ cordis humiliatione naſcitur ſpes venie. reconciliatur perturbata conſcientia. reparatur gr̄a perdita. tuetur homo a futura ira ꝛ occurrunt ſibi mu/tuo in oſculo ſancto deus ꝛ penitēs anima. Hu milis peccatoꝝ cōtritio acceptabile tibi eſt dn̄e

ſacrificium: longe ſuauius odorans in ꝯſpectu
tuo q̄ thuris incenſum. Hoc eſt gratum etiam
vnguentū quod ſacris pedibus tuis infundi vo
luiſti: quia cor contritum ꝛ humiliatum nunq̄
deſpexiſti. Ibi eſt locus refugii a facie ire inimi
ci. ibi emendatur ꝛ abluitur quicquid aliunde
contractum eſt ꝛ inquinatum.

¶De gratia que non miſcetur terrena ſapienti
bus Cap. lviii.

FIli precioſa eſt gratiā mea. non patitur
ſe miſceri extraneis rebus nec ꝯſolationi
bus terrenis. Abiicere ergo oportet om-
nia impedimenta gratie ſi optas eius infuſionē
ſuſcipere. Pete ſecretū tibi. ama ſolus habitare
tecum. nullius require confabulationem: ſꝫ ma
gis ad deum deuotam effunde precem vt com-
punctam teneas mentem ꝛ puram conſcientiā.
Totum mundum nihil eſtima. dei vacationem
omnibus exterioribus antepone. Non enim po
teris mihi vacare ꝛ in tranſitoriis pariter dele-
ctari. A notis ꝛ a caris amicis oportet elongari
ꝛ ab omni temporali ſolatio mentem tenere pri
uatam. Sic obſecrat beat⁹ apl'us petr⁹ vt tanq̄
aduenas ꝛ peregrinos in hoc mundo ſe ꝯtineāt

xpi fideles. O quanta fiducia erit morituro quē nullius rei affect⁹ detinet in mūdo. Sz ſic ſegregatū cor habere ab omnibus: eger necdū capit animus. nec animalis homo nouit interni hominis libertatem. Attamen ſi vere velit eſſe ſpiritualis: oportet eum renuntiare tam remotis ꝙ̄ propinquis: ꝛ a nemine magis cauere ꝙ̄ a ſe ipſo. Si temetipſum perfecte viceris: cetera facilius ſubiugabis. Perfecta nanqꝫ victoria eſt de ſemetipſo triumphare. Qui enim ſemetipſuz ſubiectum tenet: vt ſenſualitas rationi ꝛ ratio in cūctis obediat mihi: hic vere victor eſt ſui ꝛ dominus mundi. Si ad hunc apicem ſcandere gliſcis: oportet viriliter incipere ꝛ ſecurim ad radicem ponere vt euellas ꝛ deſtruas occultam ꝛ inordinatam inclinatiōem ad teipſum ꝛ ad omne priuatum ꝛ materiale bonū. Ex hoc vitio ꝙ homo ſemetipſum nimis inordinate diligit: pene totum pendet quicquid radicaliter vincendum eſt. Quo deuicto ꝛ ſubacto malo pax magna et tranquillitas erit cōtinuo. Sed quia pauci ſibi ipſis perfecte mori laborant nec plene extra ſe tendunt: propterea in ſe implicati remanēt nec ſupra ſe in ſpiritu eleuari poſſunt. Qui autem

libere mecum ambulare deſiderat: neceſſe eſt vt omnes prauas ꝛ inordinatas affectiones ſuas mortificet: atq; nulli creature priuato amore cõcupiſcenter inhereat.

De diuerſis motib⁹ nãe ꝛ grẽ Cap. lix.

Fili diligenter aduerte motus nature et gratie: quia valde contrarie ꝛ ſubtiliter mouẽtur: ꝛ vix niſi a ſpirituali ꝛ intimo illuminato homine diſcernuntur. Omnes quidem bonum appetunt: ꝛ aliquid boni in ſuis dictis vel factis pretendunt: ideo ſub ſpecie boni multi fallũtur. Natura callida eſt ꝛ multos trahit illaqueat ꝛ decipit: et ſe ſemper pro fine habet: Sed gratia ſimpliciter ambulat. ab omni ſpecie mala declinat. fallacias non pretendit. et omnia pure propter deum agit: in quo ꝛ finaliter requieſcit. Natura inuite vult mori nec premi nec ſuperari nec ſubeſſe nec ſpõte ſubiugari Gratia vero ſtudet mortificationi proprie. reſiſtit ſenſualitati. querit ſubiici. appetit vinci: nec propria vult libertate fungi. ſub diſciplina amat teneri. nec alicui cupit dominari: ſed ſub deo ſemper viuere ſtare ꝛ eſſe: atq; propter deum omni humane creature humiliter parata

eſt inclinari· Natura pro ſuo cõmodo laborat ⁊
quid lucri ex alio ſibi proueniat attendit· Gra/
tia autem non quid ſibi vtile ⁊ cõmodoſum ſit:
ſed quod multis proficiat magis cõſiderat· Na
tura libenter honorem ⁊ reuerentiã accipit: gra
tia vero oẽm honorem ⁊ gloriã deo fideliter at/
tribuit· Natura cõfuſionem timet ⁊ contemptũ
gratia aũt gaudet pro noĩe ieſu contumeliã pa
ti· Natura ocium amat ⁊ quietem corporalem:
gratia autem vacua eſſe non poteſt ſed libẽter
amplectitur laborem· Natura querit curioſa ha
bere ⁊ pulchra ⁊ abhorret vilia ⁊ groſſa: gratia
vero ſimplicibus delectatur ⁊ humilibus· aſpe/
ra non aſpernatur: nec vetuſtis refugit indui
pannis· Natura reſpicit temporalia· gaudet ad
lucra terrena· triſtatur de damno· irritatur leui
iniurie verbo· Sed gratia attendit eterna· non
inheret temporalibus· nec in perditione rerum
turbatur· neqꝫ verbis durioribus acerbatur: qꝛ
theſaurum ſuum ⁊ gaudiuꝫ in celo vbi nil perit
cõſtituit· Natura cupida eſt ⁊ libentius accipit
q̃ꝫ donat· amat propria ⁊ priuata: Gratia autẽ
pia eſt ⁊ cõmunis· vitat ſingularia· contentat
paucis· beatiꝰ iudicat dare q̃ꝫ accipere· Natura

inclinat ad creaturas. ad carnem propriam. ad vanitatem ⁊ diſcurſus: Sꝫ gratia trahit ad deū ⁊ ad virtutes. renūtiat creaturis. fugit mundū. odit carnis deſideria. reſtringit euagationes. erubeſcit in publico apparere. Natura libenter aliquod ſolatium habet externum in quo delectetur ad ſenſum: Sed gratia in ſolo deo querit conſolari ⁊ in ſummo bono ſuper omnia viſibilia delectari. Natura totum agit propter lucrū ⁊ cōmodum proprium: nihil gratis facere pōt: ſed aut equale aut melius aut laudem vel fauorem pro benefactis conſequi ſperat: ⁊ multū pōderari ſua geſta ⁊ dona cōcupiſcit: Gratia vero nil temporale querit nec aliud premiū ꝙ̄ deum ſolum pro mercede poſtulat: nec ampliꝰ de temporalibus neceſſariis deſiderat niſi quantū hec ſibi ad aſſecutionem eternoꝝ valeāt deſeruire. Natura gaudet de amicis multis ⁊ propinquis gloriatur de nobili loco ⁊ ortu generis. arridet potentibus. blanditur diuitibus applaudit ſibi ſimilibus. Gratia autem ⁊ inimicos diligit. nec de amicoꝝ turba extollitur. nec locum nec ortū nataliū reputat niſi virtus maior ibi fuerit. fauet magis pauperi ꝙ̄ diuiti. compatitur plus

innocenti q̃z potenti· congaudet veraci non fallaci· exhortat̃ ſemper bonos meliora cariſmata emulari ⁊ filio dei per virtutes aſſimilari· Natura de defectu ⁊ moleſtia cito cõqueritur: gratia conſtanter fert inopiam· Natura omnia ad ſe reflectit· pro ſe certat ⁊ arguit· Gratia autem ad deum cuncta reducit vnde originaliter emanat· nihil boni ſibi aſcribit· nec arroganter preſumit· non contendit nec ſuam ſententiaʒ aliis prefert: ſed in omni ſenſu ⁊ intellectu eterne ſapientie ac diuino examini ſe ſubmittit· Natura appetit ſcire· ⁊ noua ſecreta audire· vult exterius apparere ⁊ multa per ſenſus experiri· deſiderat agnoſci ⁊ agere vnde laus ⁊ admiratio ꝓcedit· Sed gratia non curat noua nec curioſa percipere: quia totum hoc de vetuſtate corruptiõis est ortum: cũ nihil nouũ ⁊ durabile ſit ſuper terrã. Docet itaqʒ ſenſus riſtringere· vanam complacentiam ⁊ oſtentationem deuitare· laudanda ⁊ digne miranda humiliter abſcõdere· ⁊ de omni re ⁊ de omni ſcientia vtilitatis fructuʒ atqʒ dei laudem ⁊ honorem querere· Non vult ſe nec ſua predicari: ſed deum in donis ſuis optat benedici: qui cuncta ex mera caritate largitur· Hec

gratia ſupernaturale lumen ⁊ quoddam dei ſpeciale donum eſt. ⁊ proprie electorum ſignaculũ ⁊ pignus ſalutis eterne: que hominem de terrenis ad celeſtia amanda ſuſtulit: ⁊ de carnali ſpiritualem effecit. Quanto igitur natura ampliꝰ premitur ⁊ vincitur: tanto maior gratia infunditur: ⁊ quotidie nouis viſitationibus interior homo ſm imaginem dei reformatur.

¶ De corruptione nature ⁊ efficacia gratie diuine Cap. lx.

DOmine deus meꝰ qui me creaſti ad imaginem ⁊ ſimilitudinem tuam: concede mihi hanc gratiam quam oſtendiſti mihi tam magnam ⁊ neceſſariã ad ſalutem vt vincam peſſimam naturam meam trahentem ad peccata ⁊ in perditionem. Sentio enim in carne mea legem peccati contradicentem legi mentis mee ⁊ captiuum me ducentẽ ad obedienduꝫ ſenſualitati in multis. nec poſſum reſiſtere paſſionibus eius niſi aſſiſtat tua ſanctiſſima gratia cordi meo ardenter infuſa. Opus eſt gratia tua ⁊ magna gratia vt vincat̃ natura ad malũ ſemꝑ ꝓna ab adoleſcentia ſua. Nam ꝑ primũ homineꝫ adam lapſa ⁊ vitiata per pctm̃ in omnes

homines pena huius macule deſcendit: vt ipſa natura que bona ⁊ recta a te condita fuit: ꝓ vitio iam ⁊ infirmitate corrupte nature ponat̃ eo ꝙ motus eius ſibi relict⁹ ad malum ⁊ inferiora trahat. Nam modica vis que remanſit eſt tanq̃ ſcintilla quedam latens in cinere. Hec eſt ipſa rō naturalis circũfuſa magna caligine adhuc iudicium habens boni ⁊ mali: veri falſiq; diſtãtiã: licet impotens ſit adimplere omne quod approbat. nec pleno iam lumine veritatis nec ſanitate affectionũ ſuaꝝ potiat̃. Hinc eſt deus meus ꝙ condelector legi tue ſm interiorem hominem ſciens mandatum tuum fore bonum iuſtum et ſanctum: arguens etiam omne malum ⁊ peccatum fugiendum. carne autem ſeruio legi peccati dum magis ſenſualitati obedio q̃ʒ rationi. Hinc eſt ꝙ velle bonum mihi adiacet: perficere autem non inuenio. Hinc ſepe multa bona propono: ſed quia gratia deeſt ad adiuuandũ infirmitatem meam ex leui reſiſtentia reſilio ⁊ deficio. Hinc accidit ꝙ viam perfectionis agnoſco ⁊ qualiter agere debeam clare ſatis video. ſed ꝓprie corruptionis pondere preſſus ad ꝑfectiora non aſſurgo. O q̃ʒ maxime eſt mihi neceſſaria

domine gratia tua ad inchoandum bonum. ad proficiendum ⁊ ad perficiendum. Nam ſine ea nihil poſſum facere. omnia autem poſſum in te confortante me gratia. O vere celeſtis gratia ſine qua nulla ſunt propria merita. nulla quoqꝫ dona nature ponderanda. Nihil artes. nihil diuitie. nihil pulchritudo vl' fortitudo. nihil ingenium vel eloquētia valent apud te dn̄e ſine gratia. Nam dona nature bonis ⁊ malis ſunt communia. electoꝝ autem proprium donum eſt gratia ſiue dilectio: qua inſigniti digni habentur vita eterna: Tantū eminet hec gratia vt nec donum prophetie nec ſignoꝝ operatio nec quātalibet alta ſpeculatio aliquid eſtimetur ſine ea. Sed neqꝫ fides neqꝫ ſpes neqꝫ alie virtutes tibi accepte ſunt ſine caritate ⁊ gratia. O beatiſſima gratia que pauperem ſpiritu virtutibus diuitem facis. ⁊ diuitem multis bonis humilē corde reddis: veni deſcende ad me. reple me mane conſolatione tua: ne deficiat pre laſſitudine et ariditate mentis anima mea. Obſecro domine vt inueniam gratiam in oculis tuis. ſufficit enī mihi gratia tua ceteris non obtentis que deſiderat natura. Si fuero tentatus ⁊ vexatus tri-

bulationibus multis non timebo mala duꝫ me
cum fuerit gratia tua· Ipſa fortitudo mea· ipſa
conſilium confert ⁊ auxilium· Cunctis hoſtibꝰ
potentior eſt ⁊ ſapientior vniuerſis ſapiētibus·
Magiſtra eſt veritatis· doctrix diſcipline· lumē
cordis· ſolamen preſſure· fugatrix triſtitie· abla
trix timoris· nutrix deuotionis· productrix la-
chrymarꝫ· Quid ſum ſine ea niſi aridum lignū
⁊ ſtips inutilis ad eiiciendū! Tua ergo me dn̄e
gratia ſemꝑ preueniat ⁊ ſequatur ac bonis ope
ribus iugiter preſtet eſſe intentum: per ieſum
xp̄m filium tuum Amen·

¶ Qꝛ noſipſos abnegare ⁊ xp̄m imitari debemꝰ
per crucem Cap· lxi·

Fili quantū a te vales exire: tantū in me
poteris tranſire· Sicut nihil foris concu
piſcere internā pacē facit: ſic ſe interiꝰ re
linquere deo coniungit· Volo te addiſcere per-
fectam abnegationem tui in volūtate mea ſine
ꝯtradictiōe ⁊ q̄rela· Sequere me· ego ſum via ve-
ritas ⁊ vita· Sine via nō itur· ſine veritate non
cognoſcitur· ſine vita nō viuitur· Ego ſum via
quam ſequi debes: veritas cui credere debes· vi
ta quam ſperare debes· Ego ſum via inuiolabi-

lis. veritas infallibilis. vita interminabilis.
Ego ſum via rectiſſima. veritas ſuprema. vita
vera. vita beata. vita increata. Si manſeris in
via mea: cognoſces veritatem: ⁊ veritas liberabit
te ⁊ apprehendes vitam eternam. Si vis ad
vitam ingredi: ſerua mandata. Si vis veritatem
cognoſcere: crede mihi. Si vis perfectus eſſe:
vende omnia. Si vis eſſe diſcipulus meus: abnega
temetipſum. Si vis beatam vitam poſſidere:
preſentem vitam contemne. Si vis exaltari in
celo: humilia te in mūdo. Si vis regnare mecū:
porta crucem mecum. Soli enim ſerui crucis inueniunt
viam beatitudinis ⁊ vere lucis. Domine
ieſu xp̄e quia arta eſt via tua ⁊ mundo deſpecta:
dona mihi tecum mundi deſpectum imitari.
Non enim maior eſt ſeruus domino ſuo nec diſcipulus
ſuper magiſtrum. Exerceatur ſeruus
tuus in vita tua: quia ibi eſt ſalus mea ⁊ ſanctitas
vera. Quicquid extra ipſam lego vel audio
nō me recreat nec delectat plene. Fili quia hec
ſcis et legiſti omnia: beatus eris ſi feceris ea.
Qui habet mandata mea: ⁊ ſeruat ea: ipſe eſt
qui diligit me: ⁊ ego diligam eū ⁊ manifeſtabo
ei meipſum: ⁊ faciā eū conſedere mecū in regno.

patris mei. Dñe igitur ſicut dixiſti ⁊ promiſiſti ſic vtiq₃ mihi promereri contingat· Suſcepi de manu tua crucem·portabo eam vſq₃ ad mortem ſicut impoſuiſti mihi· Uere vita boni monachi crux eſt·ſed dux paradiſi· Inceptum eſt·retro abire nõ lꝫ·nec relinquere oportet·Eya fratres pergamus ſimul: ieſus erit nobiſcum Propter ieſum ſuſcepimus hanc crucem· propter ieſum perſeueremus in cruce·Erit adiutor noſter qui eſt dux noſter ⁊ preceſſor· En rex noſter ingreditur ante nos:qui pugnabit ꝑ nobis·Sequamur viriliter· nemo metuat terrores:ſimus parati mori fortiter in bello·nec inferamus crimē glorie noſtre vt fugiamus a cruce.

¶ Q̄ homo non ſit nimis deiectus q̄n in aliquos labitur defectus Cap·lxi·

FIli magis placēt mihi patientia ⁊ humilitas in aduerſis q̄ꝫ multa conſolatio et deuotio in proſperis·Ut quid te ꝯtriſtat paruum factum contra te dictum? ſi amplius fuiſſet cõmoueri non debuiſſes·ſed nunc dimitte tranſire·nõ eſt primũ nec nouũ nec vltimũ erit ſi diu vixeris· Satis virilis es q̄ꝫdiu nil obuias

aduerſi. bene etiam conſulis. ⁊ alios noſti robo
rare verbis: ſed cum ad ianuam tuam venit re-
pentina tribulatio: deficis conſilio ⁊ robore. At
tende magnam fragilitatē tuam quam ſepius
experiris in modicis obiectis: tamen pro tua ſa
lute iſta fiunt. Cum hec ⁊ ſimilia contingunt:
pone vt melius noſti ex corde: ⁊ ſi te tetigit nō
tamen deiiciat nec diu implicet. Ad minus ſuſti
ne patienter: ſi non potes gaudēter: etiam ſi mi
nus libenter audis ⁊ indignationē ſentis. Re-
prime te: nec patiaris aliquid inordinatum ex
ore tuo exire vnde paruuli ſcandalizētur. Cito
conquieſcet cōmotio excitata: ⁊ dolor internus
reuertēte gratia dulcorabitur. Adhuc viuo ego
dicit dn̄s: iuuare te paratus ⁊ ſolito ampliꝰ cō-
ſolari ſi confiſus fueris mihi ⁊ deuote inuoca-
ueris. Animequior eſto ⁊ ad maiorem ſuſtinen-
tiam accingere. Non eſt totum fruſtratum ſi te
ſepius percipis tribulatū vel grauiter tentatū.
Homo es ⁊ non deus. caro es ⁊ non angelus.
Quomodo tu poſſes ſemper in eodem ſtatu vir
tutis permanere: quando hoc defuit angelo in
celo ⁊ primo homini in paradiſo: qui non diu
ſteterunt? Ego ſum qui merētes erigo ſoſpitate

ē ſuam cognoſcentes infirmitatē ad meā proue
bo diuinitatem. Dn̄e benedictum ſit verbū tuū
dulce ſuper mel ⁊ fauum ori meo. Quid facerem
in tantis tribulationibus ⁊ anguſtiis meis niſi
me confortares tuis ſanctis ſermonibus? Dum
modo tandē ad portū ſalutis perueniam: quid
cure eſt que ⁊ quanta paſſus fuero? Da finē bo
nū. da felicem ex hoc mundo tranſitum. Memē
to mei deus meus: ⁊ dirige me recto itinere in
regnum tuum. Amen.

¶ De altioribus rebus ⁊ occultis iudiciis dei
non ſcrutandis Cap. lxiiii.

Fili caueas diſputare de altis materiis et
de occultis dei iudiciis. Cur iſte ſic relin
quitur ⁊ ille ad tantam gratiam aſſumi
tur. cur etiam iſte tantum affligit̄ ⁊ ille tam exi
mie exaltatur. Iſta oēm humanā facultatē exce
dunt. nec ad inueſtigandū iudiciū diuinū vlla
rō preualet vel diſputatio. Qn̄ ergo hec tibi ſug
gerit inimicus vel etiā quidā curioſi inquirunt
homines: reſponde illud ꝓphete: Juſtus es dn̄e
⁊ rectū iudiciū tuū. Et illud: Judicia dn̄i vera
iuſtificata in ſemetipſa. Judicia mea metuenda
ſunt non diſcutienda: quia humano intellectui

ſunt incomprehenſibilia. Noli etiam inquirere vel diſputare de meritis ſanctorum quis alio ſanctior aut quis maior fuerit in regno celorū. Talia generant ſepe lites ⁊ contentiones inutiles. nutriunt quoq; ſuperbiam ⁊ vanā gloriā: vnde oriuntur inuidie ⁊ diſſenſiones dum iſte illum ſanctum ⁊ alius alium conatur ſupbe preferre. Talia autem velle ſcire ⁊ inueſtigare nullum fructum afferunt: ſed magis ſanctis diſplicent: quia non ſum deus diſſenſionis ſed pacis que pax magis in humilitate vera q̄ in propria exaltatione conſiſtit. Quidam zelo dilectionis trahuntur ad hos vel ad illos ampliori affectu ſed humano potius q̄ diuino. Ego ſum qui cūctos condidi ſanctos. ego donaui gratiam. ego preſtiti gloriam. ego noui ſingulorꝝ merita. ego preueni eos in benedictionibꝰ dulcedinis mee. ego preſciui dilectos ante ſecula. ego eos elegi de mundo: nō ipſi me ꝑelegerūt. ego vocaui per grām. attraxi ꝑ miſericordiā. ego ꝑduxi eos per tentatiōes varias. ego infudi ꝯſolatiōes magnificas. ego dedi ꝑſeuerātiā. ego coronaui eorꝝ patiētiā. ego primū ⁊ nouiſſimū agnoſco. ego oēs ineſtiabili dilectōe āplector. ego laudādꝰ ſū in

omnibus ſanctis meis·ego ſuper omnia benedi
cendus ſum ⁊ honorādus in ſingulis:quos ſic
glorioſe magnificaui ⁊ predeſtinaui ſine vllis p̄
cedentibus proprijs meritis·Qui ergo vnū de
minimis meis cōtempſerit:nec magnum hono
rat:quia puſillum ⁊ magnum ego feci·Et q̄ de
rogat alicui ſcōꝝ: derogat mihi ⁊ ceteris oīb9
in regno celoꝝ· Oēs vnū ſunt per caritatis vin
culum·idem ſentiunt·idem volunt·⁊ omnes in
vnum ſe diligunt·Adhuc autem quod multo al
tius eſt:plus me q̄ȝ ſe ⁊ ſua merita diligunt·Nā
ſupra ſe rapti ⁊ extra propriam dilectionem tra
cti:toti in amorē mei pergunt:in quo ⁊ fruitiue
quieſcūt·Nihil eſt quod eos auertere poſſit aut
depmere·quippe qui eterna veritate pleni igne
ardeſcūt inextinguibilis caritatis·Taceāt igi
tur carnales ⁊ animales homines de ſanctorū
ſtatu diſſerere qui non norunt niſi priuata gau
dia diligere· Demunt ⁊ addunt pro ſua inclina
tione:non prout placet eterne veritati·In mul
tis eſt ignorantia:eoꝝ maxime qui paꝝ illumi
nati raro aliquem perfecta dilectione ſpirituali
diligere norunt· Multi adhuc naturali affectu
⁊ humana amicitia ad hos vl̄ ad illos trahunt

⁊ ſicut in inferioribus ſe habent: ita ⁊ de celeſti
bus imaginantur. Sed eſt diſtantia incompa-
rabilis que imperfecti cogitant ⁊ que illumina
ti viri per reuelationem ſupernam ſpeculantur.
Caue ergo fili de iſtis curioſe tractare que tuā
ſcientiam excedunt: ſed hoc magis ſatage ⁊ in-
tende vt vel minimus in regno dei queas inue
niri. Et ſi quiſpiam ſciret quis alio ſanctior eēt
vel maior haberetur in regno celoꝝ: quid ei hec
notitia prodeſſet: niſi ſe ex hac cognitione corā
me humiliaret ⁊ in maiorem nominis mei lau-
dem exurgeret. Multo acceptiꝰ deo facit qui de
peccatoꝝ ſuoꝝ magnitudine ⁊ virtutum ſuaruꝫ
paruitate cogitat: ⁊ ꝙ longe a ſanctoꝝ ꝑfectiōe
diſtat: ꝙ is qui de eoꝝ maioritate vel paruitate
diſputat. Melius eſt ſanctos deuotis precibus
⁊ lachrimis exorare ⁊ eoꝝ glorioſa ſuffragia hu
mili mente implorare ꝙ eoꝝ ſecreta vana inq-
ſitione perſcrutari. Illi bene ⁊ optime ꝯtentant
ſi homines ſcirent contentari ⁊ vaniloquia ſua
compeſcere. Non gloriātur de propriis meritis
quippe qui ſibi nil bonitatis aſcribūt: ſed totuꝫ
mihi. quoniam ipſis cuncta ex infinita caritate
mea donaui. Tāto amore diuinitatis ⁊ gaudio

ſupereffluenti replent̃ vt nihil eis deſit glorie nihilq̃ poſſit deeſſe felicitatis. Oẽs sancti quã to altiores in gloria tanto humiliores in ſeipſis ⁊ mihi viciniores ⁊ dilectiores exiſtunt. Ideoq̃ habes ſcriptum: quia mittebant coronas ſuas ante deum ⁊ ceciderũt in facies ſuas corã agno ⁊ adorauerunt viuentez in ſecula ſeculoꝝ. Multi quidem querunt quis maior ſit in regno dei: qui ignorant an cum minĩmis erũt digni computari. Magnum eſt vel minimũ eſſe in celo vbi omnes magni ſunt: quia omnes filii dei vocabuntur ⁊ erunt. Minimus erit in mille: ⁊ peccator centum annoꝝ morietur. Cum enim quererẽt diſcipuli quis maior eẽt in regno celoꝝ: tale audierunt reſponſum: Niſi cõuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnũ celoꝝ. Quicunq̃ ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno celoꝝ. Ve eis q̃ cũ puulis hũiliare ſe ſpõte dedignant̃: qm̃ humilis ianua regni celeſtis eos nõ admittet intrare. Ve etiã diuitib⁹ q̃ hñt hic ꝯſolatões ſuas: q2 paupib⁹ intrãtib⁹ in regnũ dei ipſi ſtabũt foris eiulãtes. Gaudete hũiles ⁊ exultate paupes: q2 vrm̃ eſt regnũ celoꝝ. ſi tñ in veritate ambulatis.

¶ Q[uod] omnis ſpes ⁊ fiducia in ſolo deo eſt figē-
da

Cap. lxiiii.

DOmine que ē fiducia mea quā in hac vi-
ta habeo: aut quod maius ſolatiū meū
ex oībus apparētib⁹ ſub celo? Nonne tu
dñe de⁹ me⁹ cui⁹ miſericordie nō eſt numerus?
Ubi mihi bene fuit ſine te: aut qn̄ male eſſe po-
tuit preſente te? Malo pauper eſſe propter te q̄
diues ſine te. Eligo poti⁹ tecū in terra peregri-
nari q̄ ſine te celum poſſidere. Ubi tu: ibi celū.
atq̄ ibi mors ⁊ infernus vbi tu nō es. Tu mihi
in deſiderio es: ⁊ ideo poſt te gemere ⁊ clamare
⁊ exorare neceſſe eſt. In nullo deniq̄ poſſuꝫ ple-
ne confidere: qui in neceſſitatibus auxilietur
oportunis niſi in te ſolo deo meo. Tu es ſpes
mea ⁊ fiducia mea. tu conſolator meus ⁊ fideliſ-
ſimus in omnib⁹. Omnes que ſua ſunt querūt
Tu ſalutem meā ⁊ profectū meū ſolūmodo pre-
tendis. ⁊ omnia in bonum mihi conuertis: etiā
ſi variis tentationibus ⁊ aduerſitatibus expo-
nas. Hoc totum ad vtilitatē meā ordinas: qui
mille modis dilectos tuos ꝓbare ꝯſueuiſti. In
qua ꝓbatiōe nō min⁹ diligi debes ⁊ laudari q̄
ſi celeſtib⁹ conſolationibus me repleres. In te

ergo dñe deus pono totam ſpem meam ⁊ refu-
gium·in te omnẽ tribulationẽ ⁊ anguſtiã meã
conſtituo: quia totum infirmũ ⁊ inſtabile inue-
nio quicquid extra te conſpicio· Non enim pro-
derunt multi amici·neqꝫ fortes auxiliarii adiu-
uare poterunt·neqꝫ prudentes conſiliarii reſpõ-
ſum vtile dare·neqꝫ liber doctorꝝ conſolari·nec
aliqua precioſa ſubſtantia liberare·nec locꝰ ali-
quis ſecretus contutari ſi tu ipſe nõ aſſiſtas·iu-
ues·confortes·conſoleris·inſtruas ⁊ cuſtodias
Omnia nancꝫ que ad pacem videntur eſſe ⁊ feli-
citatem habendam te abſente nihil ſunt nihilqꝫ
felicitatis in veritate cõferunt· Finis ergo oĩm
bonorꝝ ⁊ altitudo vite ⁊ profunditas eloquiorꝝ
tu es·⁊ in te ſuper omnia ſperare fortiſſimũ ſo-
latium ſeruorꝝ tuorꝝ· Ad te ſunt oculi mei · in te
confido deus meus miſericordiarꝝ pater · Bene-
dic ⁊ ſanctifica animam meam benedictione ce-
leſti: vt fiat habitatio ſancta tua ⁊ ſedes eterne
glorie tue: nihilqꝫ ĩtemplo tue dignitatis inue-
niatᷣ qđ oculos tue maieſtatis offendat· Scđm
magnitudinem bonitatis tue ⁊ multitudinẽ mi-
ſerationũ tuarꝝ reſpice in me ⁊ exaudi orationẽ
pauperis ſerui tui longe exulantis in regione

vmbre mortis. Protege ⁊ conſerua animam ſer
uuli tui inter tot diſcrimina vite corruptibilis
ac comitante gratia tua dirige per viam pacis
ad patriam perpetue claritatis.

## Explicit liber tertius.

## Incipit liber quartus.

¶ Deuota exhortatio ad ſacraꝫ corporis xp̄i cō
munionem Vox xp̄i.

VEnite ad me omnes q̄ laboratis
⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiaꝫ vos
dicit dn̄s. Panis quem ego dabo
caro mea eſt pro mūdi vita Acci
pite ⁊ comedite hoc ē corp⁹ meū
qđ ꝑ vobis tradet̄. Hoc facite in meā ꝯmemora
tionē. Qui māducat carnē meā ⁊ bibit meū ſan
guinē in me manet ⁊ ego in illo. Verba que ego
locutus ſum vobis ſpirit⁹ ⁊ vita ſunt.

¶ Cū quāta reuerētia xp̄s ſit ſuſcipiēd⁹. Cap. i.

HEc ſunt verba tua xp̄e veritas eterna:
q̄uis nō vno tempore prolata nec vno
in loco cōſcripta. Quia ergo tua ſunt

verba: gratanter mihi ⁊ fideliter cuncta ſunt ac
cipiēda. Tua ſunt ⁊ tu ea ꝓtuliſti. ⁊ mea quoqꝫ
ſunt qꝛ pro ſalute mea edidiſti. Libēter ſuſcipio
ea ex ore tuo vt arctiꝰ inſeranť cordi meo. Exci
tāt me ꝟba tāte pietatis plena dulcedinis ⁊ di-
lectionis: ſed terrēt me delicta propria: ⁊ ad ca
pienda tāta myſteria me reuerberat īpura ꝯſciē
tia. Prouocat me dulcedo verboꝝ tuoꝝ: ſed one
rat me multitudo vitioꝝ meoꝝ. Jubes vt fidu-
cialiter ad te accedā ſi tecū velim habere partē.
vt īmortalitatis accipiam alimoniā ſi eternam
cupiam habere vitam ⁊ gloriā. Venite inqꝫ ad
me oēs q laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā
vos. O dulce ⁊ amicabile verbum in aure pecca
toris: ꝙ tu dn̄e deus meꝰ egenū ⁊ pauperē inui-
tas ad cōionem tui ſanctiſſimi corpis. Sꝫ quis
ego ſum dn̄e vt ad te preſumā accedere? Ecce ce
li celoꝝ te non capiunt. ⁊ tu dicis: venite ad me
omnes. Quid ſibi vult iſta piiſſima dignatio ⁊
tam amicabilis inuitatio? Qūo auſus ero veni
re qui nihil boni mihi conſcius ſum? Unde poſ
ſum preſumere? Qūo te introducam in domum
meā q ſepius offendi benigniſſimā faciē tuam.
Reuerenť angeli ⁊ archāgeli. metuunt ſancti ⁊

iuſti. ⁊ tu dicis: venite ad me om̃es. Niſi tu dñe
hoc diceres: qs verũ eſſe crederet. ⁊ niſi tu iube
res: qs accedere attẽtaret? Ecce Noe vir iuſtꝰ in
arche fabꝛica centũ annis laboꝛauit vt cũ pau-
cis ſaluaret̃: ⁊ ego quõ me potero vna hoꝛa pre
parare vt mundi fabꝛicatoꝛẽ cũ reuerẽtia ſumã?
Moiſes famulꝰ tuꝰ magnꝰ ⁊ ſpãlis amicꝰ tuus
archã ex lignis ĩputribilibꝰ fecit quã ⁊ mũdiſſi
mo veſtiuit auro vt tabulas leg. ĩ ea reponeret
⁊ ego putrida creatura audebo te ꝯditoꝛẽ legis
ac vite datoꝛẽ tã facile ſuſcipe. Salomõ ſapien-
tiſſimꝰ regũ iſrael magnificũ tẽpluz ſeptẽ ãnis
in laudẽ nois tui edificauit: ⁊ octo diebꝰ feſtũ
dedicatiõis eiꝰ celebꝛauit. mille hoſtias pacifi-
cas obtulit. ⁊ archã federis clãgoꝛe buccine et
iubilo in locũ ſibi ꝓparatũ ſolẽniter collocauit.
⁊ ego infelix ⁊ paupꝛimꝰ hoĩuz quõ te in domũ
meã introducã: qui vix mediã expẽdere deuote
noui hoꝛã: ⁊ vtinã vel ſemel digne fere mediã?
O mi deus quantuz illi ad placendũ tibi agere
ſtuduerunt. Heu q̃z puſilluz eſt qđ ago. q̃z bꝛeue
expleo tempꝰ cũ me ad cõicandũ diſpono. raro
totꝰ collectꝰ. rariſſime ab oĩ diſtractõe purgatꝰ
Et certe ĩ tua ſalutari deitatis pꝛeſentia nulla

deberet occurrere indecēs cogitatio: nulla etiā occupare creatura: qꝛ nō angelū ſed angelorū dn̄m ſuſcepturus ſuꝫ hoſpitio. Eſt tn̄ valde magna diſtantia inter archam federis cum ſuis reliquiis: ꝛ mundiſſimū corpus tuū cū ſuis ineffabilibus virtutibus. inter legalia illa ſacrificia futuroꝝ prefiguratiua: ꝛ verā tui corpis hoſtiā oīm antiquoꝝ ſacrificioꝝ ꝯpletiuā. Quare igitur nō magis ad tuā venerabilē inardeſco pn̄tiam: cur non maiori me preparo ſolicitudine ad tua ſancta ſumenda: qn̄ illi antiqui ſancti patriarche ꝛ prophete reges quoqꝫ ꝛ principes cuꝫ vniuerſo populo tantū deuotionis demonſtrarunt affectum erga cultū diuinū? Saltauit deuotiſſimus rex Dauid coram archa dei totis viribus recolens beneficia olim indulta patribus. fecit diuerſi generꝭ organa. pſalmos edidit ꝛ cātari inſtituit. cū letitia cecinit. ꝛ ipſe frequēter in cythara ſpūs ſancti afflatus grā docuit populum iſrael toto corde deum laudare ꝛ ore ꝯſono diebus ſingulis benedicere ꝛ predicare. Si tanta agebatꝰ tunc deuotio ac diuine laudis extitit recordatio corā archa teſtamenti: quāta nunc mihi ꝛ oī populo xp̄iano habenda eſt reuerentia ꝛ

deuotio in preſentiā ſacramenti·in ſumptiōe ex
cellentiſſimi corporis xp̄i? Currunt multi ad di
uerſa loca pro viſitādis reliquiis ſanctoꝝ ꝛ mi/
rantur auditis geſtis eoꝝ·ampla edificia tem/
ploꝝ inſpiciunt·ꝛ oſculātur ſericis ꝛ auro inuo
luta ſacra oſſa ipſoꝝ· Et ecce tu preſens es hic
apud me in altari deus meus ſanctus ſanctorū
creator oīuz ꝛ dn̄s angeloꝝ· Sepe in talibus vi
dendis eſt curioſitas hoīum ꝛ nouitas inuiſoꝝ
ꝛ modicus reportatur emendationis fructus:
maxime vbi eſt tam leuis ſine vera contritione
diſcurſus· Hic autem in ſacramento altaris to/
tus preſens es deus meus homo xp̄s ieſus· vbi
ꝛ copioſus percipitur eterne ſalutis fructꝰ quo
tienſcūq; fueris digne ac deuote ſuſceptus· Ad
iſtud vero non trahit leuitas aliqua nec curio/
ſitas aut ſēſualitas:ſ; firma fides·deuota ſpes·
ꝛ ſincera caritas· O inuiſibilis conditor mundi
deus ꝙ mirabiliter agis nobiſcum· ꝙ ſuauiter
ꝛ gratioſe cum electis tuis diſponis:quibus te
metipſum in ſacramento ſumendum proponis·
Hoc nanq; omnem intellectum ſuperat·hoc ſpe
cialiter deuotoꝝ corda trahit:ꝛ accēdit affectū·
Ipſi enim veri fideles tui qui totam vitam ſuā

ad emendationem diſponūt·ex hoc digniſſimo
ſacramento magnam deuotiōis gratiā ⁊ virtu
tis amorem frequenter recipiunt·O admirabi-
lis ⁊ abſcondita gratia ſacramenti quam norūt
tm̄ xp̄ifideles:infideles aūt ⁊ peccatis ſeruiētes
experiri non poſſunt·In hoc ſacramento ꝯfert̄
ſpiritualis gratia:⁊ reparatur in anima virtus
amiſſa:⁊ ꝑ pctm̄ deformata redit pulchritudo·
Tāta eſt aliqn̄ hec gr̄a vt ex plenitudine colla-
te deuotionis nō tm̄ mens ſed ⁊ debile corpus
vires ſibi preſtitas ſentiat ampliores·Dolendū
tn̄ valde ⁊ miſerandū ſuꝑ tepiditate ⁊ negligen
tia nr̄a:ꝙ non maiori affectu trahimur ad xp̄m
ſumendum:in quo tota ſpes ſaluandoꝝ ꝯſiſtit
⁊ meritum·Ipſe enī eſt ſanctificatio noſtra ⁊ re
demptio·ipſe conſolatio viatoꝝ ⁊ ſanctoꝝ eter-
na fruitio·Dolendū itaqꝫ valde ꝙ multi tā pa-
rū hoc ſalutare myſteriū aduertunt.quod celuꝫ
letificat ⁊ mundū ꝯſeruat vniuerſum·Heu ceci-
tas ⁊ duritia cordis humani:tā ineffabile donū
nō magis attēdere ⁊ ex quotidiano vſu etiaꝫ ad
inaduertentiā defluere·Si enī hoc ſanctiſſimū
ſacrm̄ in vno tm̄ celebraret̄ loco ⁊ ab vno tm̄ cō
ſecraret̄ ſacerdote in mūdo·quāto putas deſide

no ad illū locū ꝛ talē dei ſacerdotē hoīes afficerent vt diuina myſteria celebꝛare audirēt. Nūc aūt multi facti ſunt ſacerdotes ꝛ ī multis locis offert xp̄s: vt tanto maioꝛ appareat gr̄a ꝛ dilectio dei ad hoīem quāto latius eſt ſacra cōmunio diffuſa per oꝛbē. Gr̄as tibi bone ieſu paſtoꝛ eterne qui nos pauperes ꝛ exules dignatus es p̄cioſo coꝛpoꝛe ꝛ ſanguine tuo reficere: ꝛ ad hec myſteria pcipiēda etiā ꝓpꝛii oꝛis tui colloquio inuitare: dicendo: Venite ad me omnes qui laboꝛatis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego reficiam vos.

¶ Q̄ magna bonitas ꝛ caritas dei in ſacramēto exhibetur homini Cap. ii.

SUper bonitate tua ꝛ magna miſicoꝛdia tua dn̄e cōfiſus accedo: eger ad ſaluatorem. eſuriens ꝛ ſitiens ad fontē vite. egenus ad regem celi. ſeruus ad dominum. creatura ad creatoꝛem. deſolatus ad meum pium conſolatoꝛem. Sed vnde mihi hoc vt venias ad me Quis ego ſum vt pꝛeſtes mihi teipſum? Quomodo audet peccatoꝛ coꝛam te apparere? Et quomodo tu dignaris ad peccatoꝛem venire? Tu noſti ſeruum tuum ꝛ ſcis quia nil boni in ſe habet vnde hoc illi pꝛeſtes. Confiteoꝛ igitur

vilitatem meam·agnoſco bonitatem tuam· lau
do pietatem·ꝛ gratias ago propter nimiam ca
ritatem·Propter temetipm̄ eni hoc facis:nō ꝓ
pter mea merita:vt bonitas tua mihi magis in
noteſcat·caritas amplioꝛ ingerat̃·ꝛ humilitas
perfectius cōmendetur·Quia ergo tibi hoc pla
cet ꝛ ſic fieri iuſſiſti:placet ꝛ mihi dignatio tua
ꝛ vtinam iniquitas mea non obſiſtat· O dulciſ
ſime ꝛ benigniſſime ieſu quanta tibi reuerentia
ꝛ gratiaꝝ actio cum perpetua laude pro ſuſce
ptione ſacri coꝛpoꝛis tui debet̃.cui⁹ dignitatē
nullus hominū explicare potens inuenit̃· Sed
quid cogitabo in hac cōmunione·in acceſſu ad
dn̄m meum quem debite venerari nequeo ꝛ tn̄
deuote ſuſcipe deſidero? Quid cogitabo meli⁹
ꝛ ſalubꝛius niſi meipſum totaliter humiliando
coꝛam te:ꝛ tuam infinitam bonitatem exaltan
do ſupꝛa me·Laudo te deus meus ꝛ exalto ine
ternum·Deſpicio me ꝛ ſubiicio tibi in pꝛofundū
vilitatis mee·Ecce tu ſanct⁹ ſanctoꝝ:ꝛ ego ſoꝛ
des peccatoꝝ·ꝛ tu inclinas te ad me qui nō ſuꝫ
dignus ad te reſpicere. Ecce tu venis ad me tu
vis eſſe mecum·tu inuitas ad conuiuiū tuū· tu
mihi dare vis celeſtem cibum ꝛ panem angeloꝝ

ad manducandum. non alium ſane q̃ teipſum
panem viuum qui de celo deſcēdiſti ⁊ das vitā
mundo. Ecce vnde dilectio pꝛocedit. qualis di-
gnatio illuceſcit. q̃ magne gratiarꝫ actiones et
laudes tibi pꝛo his debentur. O q̃ ſalutare et
vtile conſilium tuum cum iſtud inſtituiſti. q̃
ſuaue ⁊ iocundum conuiuiū cū teipſum in cibū
donaſti. O q̃ admirabilis operatio tua dn̄e. q̃
potens virtus tua. q̃ infallibilis veritas tua.
Dixiſti enim ⁊ facta ſunt omnia: ⁊ hoc factū eſt
quod ipſe iuſſiſti. Mira res ⁊ fidedigna ac hu-
manū vincens intellectum q̄ tu dn̄e deus meꝰ
verus deus ⁊ homo ſub modica ſpecie panis et
vini integer contineris ⁊ ſine conſumptione a
ſumente manducaris. Tu dn̄e vniuerſoꝝ q̄ nul
lius habes indigentiā: voluiſti per ſacramentū
tuū habitare in nobis: conſerua coꝛ meum ⁊ coꝛ
pus meum īmaculatum vt leta ⁊ pura conſcien
tia ſepiꝰ valeā tua celebrare myſteria ⁊ ad meā
perpetuā accipere ſalutem: que ad tuū pꝛecipue
honoꝛem ⁊ memoꝛiale ꝑhenne ſanxiſti ⁊ inſti-
tuiſti. Letare anima mea ⁊ gratias age deo pꝛo
tam nobili munere ⁊ ſolatio ſingulari in hac la
chꝛymaꝝ valle tibi relicto. Nam quotiens hoc

myſteriū recolis ꝛ xp̄i corp⁹ accipis. totiēs tue redemptiōis op⁹ agis ꝛ ꝑticeps oīum meritoꝝ xp̄i efficeris. Caritas eteniꝫ xp̄i nunq̄ꝫ minuitˀ ꝛ magnitudo propitiatiōis ei⁹ nunq̄ꝫ exhaurit. Ideo noua ſemꝑ mentis renouatiōe ad hoc diſponere te debes ꝛ magnū ſalutis myſterium attenta conſideratiōe penſare. Ita magnū nouū ꝛ iocundum tibi videri debet cum celebras aut miſſam audis: ac ſi eodem die xp̄s primū in vterum virginis deſcendens homo factus eſſꝫ aut in cruce pendens pro ſalute hominuꝫ pateretur ꝛ moreretur.

¶ Q̄ꝫ vtile ſit ſepe cōicare Cap. iii.

Ecce ego venio ad te dn̄e vt bene mihi ſit ex munere tuo ꝛ letificer in cōuiuio ſancto tuo quod paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Ecce in te eſt totū quod deſiderare poſſum ꝛ debeo. tu ſalus mea ꝛ redēptio. ſpes ꝛ fortitudo. decus ꝛ gloria. Letifica ergo hodie animā ſerui tui: q̄m ad te dn̄e ieſu animam meā leuaui. Deſidero te nunc deuote ac reuerenter ſuſcipere. cupio te in domū meam introducere: quatenus cum zacheo merear a te benedici ac inter filios abrahe computari. Anima mea cor

pus tuum concupiſcit·coꝛ meū tecum vniri deſi derat·Trade te mihi ꝛ ſufficit.Nā pꝛeter te nul la conſolatio valet·ſine te eſſe nequeo:ꝛ ſine vi ſitatione tua viuere non valeo. Jdeoqꝫ opoꝛtet me frequenter ad te accedere ꝛ in remedium ſa lutis mee recipere:ne foꝛte deficiam in via ſi fu ero celeſti fraudatus alimonia·Sic enim tu mi ſericoꝛdiſſime ieſu pꝛedicans populis ꝛ varios curans languoꝛes aliqñ dixiſti: Nolo eos ieiu nos dimittere in domū ſuam ne deficiant ī via. Age igiť hoc modo mecū q̄ te ꝑ fideliū ꝯſolatōe in ſacramēto reliquiſti·Tu es enim ſuauis refe ctio anime:ꝛ qui te digne manducauerit parti ceps ꝛ heres erit eterne gloꝛie· Neceſſariū q̄deꝫ mihi eſt qui tam ſepe laboꝛo ꝛ pecco·taꝫ cito toꝛ peſco ꝛ deficio vt per frequētes oꝛōnes ꝛ ꝯfeſſio nes ꝛ ſacrā tui coꝛpis ꝑceptionem me renouem· mundem:ꝛ accendam:ne foꝛte diutius abſtinē do a ſancto pꝛopoſito defluā · Pꝛoni enim ſunt ſenſus hoīs ad malum ab adoleſcētia ſua:ꝛ niſi ſuccurrat diuina medicina:labiť homo mox ad peioꝛa·Retrahit ergo ſcā cōmunio a malo ꝛ cō foꝛtat ī bono·Si enī mō tā ſepe negligēs ſum ꝛ tepidus qñ cōmunico aut cele bꝛo:quid fieret ſi

medelam non ſumerem ⁊ tam grande ſuuamen non quererem. Et licet omni die non ſim aptus nec ad celebranduz bene diſpoſitus: dabo tamē operam congruis temporibus diuina percipere myſteria ac tante gratie participem me exhibere. Nam hec eſt vna principalis fidelis aīe conſolatio q̈diu peregrinatur a te in mortali corpore vt ſit ſepius memor dei ſui. dilectum ſuum deuota ſuſcipiat mente. O mira circa nos tue pietatis dignatio ꝙ tu dn̄e deus creator ⁊ viuificator oīum ſpirituū ad pauperculā dignaris venire animam ⁊ cum tota deitate tua ac humanitate eius impinguare eſuriem. O felix mens ⁊ beata anima que te dn̄m deum ſuum meretur deuote ſuſcipe ⁊ in tua ſuſceptiōe ſpiritali gaudio repleri. O q̈z magnū ſuſcipit dn̄z, q̈z dilectū inducit hoſpitem. q̈z iocundum recipit ſocium. q̈z fidelem acceptat amicum. q̈z ſpecioſum et nobilem amplectit' ſponſum pre omnibus dilectis et ſuper omnia deſiderabilia amandum. Sileāt a facie tua dulciſſime mi dilecte celum ⁊ terra ⁊ oīs ornat⁹ eoꝝ: qm̄ quicqd laudis hn̄t ac decoris: ex dignatiōe tue eſt largitatis: nec ad decorē tui ꝑueniēt noīs: cui⁹ ſapiē nō eſt numerus.

¶ Q̄ꝫ multa bona preſtantur deuote communicantibus Cap.iiii.

Domine deus meus preueni ſeruum tuū in benedictiōibus dulcedinis tue vt ad tuū magnificū ſacramentū digne ac deuote merear accedere. Excita cor meū in te: et a graui torpore exue me. Uiſita me ī ſalutari tuo ad guſtandum in ſpiritu tuam ſuauitatem que in hoc ſacramento tanq̄ꝫ in fonte plenarie latet Illumina quoqꝫ oculos meos ad intuendū tantum myſterium: ⁊ ad credendum illud indubitata fide me robora. Eſt enim operatio tua non humana potentia. tua ſacra inſtitutio non hominis adinuentio. Non enim ad hec capiēda et intelligenda aliquis idone⁹ per ſe reperit̄: que angelicam etiā ſubtilitatē tranſcendunt. Quid ergo ego peccator indignus terra ⁊ cinis de tā alto ſacro ſecreto potero inueſtigare ⁊ capere? Dn̄e in ſimplicitate cordis. in bona firma fide. ⁊ in tua iuſſiōe ad te cum ſpe ⁊ reuerentia accedo. ⁊ vere credo quia tu preſens es hic in ſacramento deus ⁊ homo. Uis ergo vt te ſuſcipiam ⁊ meipſum tibi in caritate vniam. Unde tuā precor clementiam ⁊ ſpecialē ad hoc imploro mihi

donari gratiam vt totus in te liqueſiam ⁊ amo
re perfluam: atq̧ de nulla aliena conſolatione
ampli⁹ me intromittã. Eſt eniꝫ hoc altiſſimũ ⁊
digniſſimũ ſacramentũ ſalus aīe ⁊ corpis. medi
cina oīs ſpiritualis languoris ī quo vitia mea
curant̃. paſſiões frenant̃. tentatiões vincunt̃
ac minuunt̃. gratia maior infunditur. virt⁹ in
cepta augetur. firmatur fides. ſpes roborat̃. et
caritas igneſcit ac dilatatur. Multa nāq̧ bona
largit⁹ es ⁊ adhuc ſepius largiris in ſacramẽto
dilectis tuis deuote cõicantibus de⁹ me⁹ ſuſce
ptor aīe mee. reparator infirmitatis humane. et
totius dator ꝯſolatiõis interne. Nã multã ipis
ꝯſolationẽ aduerſus varias tribulatiões infun
dis ⁊ de imo deiectionis proprie ad ſpem tue p̄
tectõis erigis. atq̧ noua quadã gratia eos int⁹
recreas ⁊ illuſtras: vt qui anxii primuꝫ ⁊ ſine af
fectione ſe ante cõionem ſenſerant: poſtea refe
cti cibo potuq̧ celeſti in meli⁹ ſe mutatos inue
niant. Quod idcirco cum electis tuis ita diſpẽ
ſanter agis: vt veraciter agnoſcant ⁊ patenter
experiantur q̄ꝫ nihil ex ſemetipſis habeant ⁊ q̄d
bonitatis ac gratie ex te conſequantur: quia ex
ſemetipſis frigidi duri ac indeuoti. ex te autem

feruentes alacres ⁊ deuoti eſſe merentur. Quis
enim ad fontem ſuauitatis humiliter accedens
non modicum ſuauitatis inde reportat? Aut qs
iuxta ignem copioſum ſtans nõ parum caloris
inde percipit? Et tu fons es ſemper plenus ⁊ ſu
perabundans ignis iugiter ardens ⁊ nunq̃ꝫ de
ficiẽs. Vñ ſi mihi nõ licet haurire de plenitudi-
ne fontis nec vſqꝫ ad ſatietatem potare. apponã
tñ os meũ ad foramẽ celeſtis fiſtule vt ſaltẽ in-
de guttulam modicam capiam ad refocillandã
ſitim meam vt nõ penitus exareſcam. Et ſi nõ-
dum totus celeſtis ⁊ tam ignitus vt ſeraphin ⁊
cherubin eſſe poſſum. conabor tamen deuotiõi
inſiſtere ⁊ cor meũ preparare vt vel modicam di
uini incendii flammã ex humili ſumptione viui
fici ſacramẽti conquirã. Quicqd aũt mihi deeſt
bone ieſu ſaluator ſanctiſſime: tu pro me ſupple
benigne ac gratioſe qui omnes ad te dignatus
es vocare. dicens: Venite ad me oẽs qui labora
tis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Ego quidẽ
laboro in ſudore vult⁹ mei. dolore cordis tor
queor. peccatis oneror. tentatiõibus inquietor.
multis malis paſſiõib⁹ iplicor ⁊ p̃mor: ⁊ nõ ẽ q
adiuuet. nõ eſt qui liberet ⁊ ſaluũ faciat niſi tu

dn̄e deus ſaluatoꝛ meus cui committo me ⁊ oīa mea vt me cuſtodias ⁊ perducas in vitā eternā Suſcipe me in laudē ⁊ gloꝛiam nominis tui q corpus tuum ⁊ ſanguinē in cibum ⁊ potū mihi paraſti. Preſta dn̄e deus ſalutaris meus vt cū frequentatione myſterii tui creſcat mee deuotionis affectus.

¶ De dignitate ſacri ⁊ ſtatu ſacerdotali. Ca. v.

Si haberes angelicam puritatē ⁊ ſancti iohis baptiſte ſanctitatem: non eſſes dignus hoc ſacrm̄ accipere nec tractare. Non enī hoc meritis debetur hominū ꝙ homo conſecret ⁊ tractet xp̄i ſacramentum ⁊ ſumat in cibum panem angeloꝛū. Grande myſterium et magna dignitas ſacerdotum: quibus datū eſt quod angelis non eſt conceſſum. Soli nanq̄ ſacerdotes in eccleſia rite oꝛdinati poteſtatem habent celebꝛandi ⁊ coꝛpus xp̄i conſecrandi. Sacerdos quidem miniſter eſt dei: vtens verbo dei per iuſſionem ⁊ inſtitutionem dei. Deus autem ibi principalis eſt auctoꝛ ⁊ inuiſibilis operatoꝛ cui ſubeſt omne quod voluerit ⁊ paret omne qđ iuſſerit. Plus ergo credere debes deo omnipotenti in hoc excellentiſſimo ſacramento ꝙ̄ pro

prio ſenſui aut alicui ſigno viſibili. Ideoq; cum timore z reuerentia ad hoc opus eſt accedendū Attende igitur z vide cuius miniſteriū tibi traditū eſt per impoſitionē manus epiſcopi. Ecce ſacerdos factus es z ad celebrandum conſecratus. vide nunc vt fideliter z deuote in ſuo tempore deo ſacrificium offeras: z teipſum irreprehenſibilem exhibeas. Non alleuiaſti onus tuū ſed artiori iam alligatus es vinculo diſcipline: z ad maiorem teneris pfectionē ſanctitatis. Sacerdos omnibus virtutibus debet eſſe ornatus: z aliis bone vite exemplum prebere. Ei⁹ cōuerſatio non cum popularibus z cōibus hoīuz viis: ſed cum angelis in celo aut cum perfectis viris in terra. Sacerdos ſacris veſtibus indut⁹ xpi vices gerit vt deum pro ſe z pro omni poplo ſuppliciter z humiliter roget. Habet nāq; ante ſe z retro dominice crucis ſignum ad memorandam iugiter xpi paſſionem. Ante ſe crucem i caſula portat vt xpi veſtigia diligenter inſpiciat ſequi feruenter ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus eſt vt aduerſa quelibet illata ab aliis clementer pro deo toleret. Ante ſe crucem gerit vt propria peccata lugeat. poſt ſe vt alioꝝ etiam cōmiſſa p

ꝯpaſſionē defleat: ⁊ ſe mediū inter deū ⁊ pecca-
torē ꝯſtitutū eſſe ſciat: nec ab orone nec ab obla-
tiōe ſcā torpeſcat: donec grām ⁊ miſericordiam
īpetrare mereat̄. Qn̄ ſacerdos celebrat: deū ho-
norat. angelos letificat. eccleſiā edificat. viuos
adiuuat. defunctis requiē preſtat. ⁊ ſeſe omniū
bonoꝝ participem efficit.

¶ Interrogatio de exercitio an̄ cōionem Ca. vi.

QUm tuā dignitatem dn̄e ⁊ meā vilitatem
penſo: valde cōtremiſco ⁊ in meipō ꝯfun-
dor. Si eni nō accedo: vitā fugio. ⁊ ſi indi-
gne me ingeſſero: offenſam incurro. Quid ergo
faciā de⁹ me⁹ auxiliator me⁹ ⁊ ꝯſiliator in neceſ-
ſitatib⁹? Tu doce me viā rectam: ꝓpone breue
aliqđ exercitiū ſacre cōioni ꝯgruū. Utile eſt enī
ſcire qualiter ſcilicet deuote ac reuerēter tibi p-
parare debeam cor meū ad recipiēdū ſalubriter
tuum ſacramentum ſeu etiam celebrandum tam
magnum ⁊ diuinum ſacrificium.

¶ De diſcuſſione proprie conſcientie ⁊ emenda-
tionis propoſito Cap. vii.

SUper omnia cum ſumma humilitate cor-
dis ⁊ ſupplici reuerētia: cum plena fide ⁊
pia intentione honoris dei ad hoc ſacra-

